


**05
A
437**



J. N. J.
DISPUTATIO THEOLOGICO-EXEGETICA,
De

NATURALI
CORRUPTIONE
TOTIUS GENERIS
HUMANI,

vel:

Bon der verderbten Natur aller
Menschen.

Ex PSALM. XIV.

Com. 1. 2. 3.

Quam

P R A E S I D E

Viro Admodum Reverendo, Amplissimo, Excellentissimo,

Dn. WILHELMO LYSERO,

SS. Th. Doctore & Prof. Publ. celeberrimo, Alumnorum Elect.

Ephoro meritissimo, & Facultatis Theolog. p. t. DECANO,

Dn. Praeceptore, Patrono, Promotore & Affine suo, omni observantie culte

etatem fuscipiendo,

placide Examini publico submittit

M. Gottfried Christianus Böse Lips.

ad d. 23. Septemb. M D C X L L

IN AUDITORIO MAJORI

horis matutinis.

VITEMBERGÆ,

Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ. 1712.



05 A 437



IN NOMINE IESU!

De origine & felicitate nostra primava, quā per peccatum (prob dolor!) excidimus, feriū ac sepe cogitare utile pariter ac necessarium esse multa. Scriptura loca evincunt. Memorabilis est inter reliqua ille Apocal. c. 2, 5. Memor esto, unde excideris, qui et si propriè de primo illo per peccatum recessu non loquitur, hanc incommode tamen buc referri potest. Hac namque exhortatione ad humilitatem, quæ ornamentum Christianorum est maximum, imò ad medicina salutaris anxium desiderium non parùm excitamur. Originem autem omnis mali esse Adami protoplasti nostri lapsus & recessum, omnes uno ore profidentur; recessum, inquam, ex statu gratia & felicitatis, ad ira & damnationis statum. O tristem recessum! O de- scensum tragicum! Similis esse voluit altissimo & sapientissi- mo, & lapsus est in profundum, similus factus est stultus. Vitam appetit & mortem comedit; beatitudinem venatus est, & inutilis, abominabilis & infelicissimus evasit. Uno verbo: DEI mandatum fregit: hinc illa abominatione, hinc ille lachryme. Non E. est, ut cum sophistis dicamus; si Adam peccavit, quid hoc ad nos? Imò ad nos! Pater qua facit debita, annon illa à filiis exiguntur? non aliam ob causam, quam quod substantie paternae heredes sunt. Parenst noster est Adam, debitum peccati contraxit & nos ab eo omnem trahimus naturam & substantiam, mirumne igitur, quod & debitorum ejus heredes evasimus? Donum commune erat, quod Adam concessum est, ornamentum commune, quo ornatus erat; com- munis E. etiam est ejus ablatio. Non sibi soli, sed & mibi, ite- bi.

bi, illi amisi illud Adamus. Mandaverat Deus Protoplasis,
ut gratiam collatam sibi, non sibi tantum, sed & posteris con-
servarent. Mandaverat, ut justitiam sibi concessam etiam
in suam prolem transfunderent, quare peccante primo homi-
ne, in illo peccavimus omnes. Quod Rex & Consul ut per-
sonae publice delinquunt, id luere coguntur Subditi, & tota
Civitas. Nullus Ergo, Nullus se hic excludere potest, Omnes,
Omnes retrocessimus, stulti, inutiles, abominabiles facti su-
mus, hic etiam ne unus quidem est & remansit, qui bonum
segetur. Hujus assertio[n]is testem omni exceptione maiorem
produco hic Davidem, cuius mibi verba ad presentem banc
disputationem elegi, & cum hoc dicto, tum Photin. tum Cal-
vin. & Pontificii varie & nequiter abutantur, cum nimis r[er]um
Davidem hic vel non de omnibus hominibus, vel de actualibus
tantum, non autem originali simul peccatis loqui afferant,
quanto etiam vigilantiorem se prebet Satanas in sana et-
iam hujus articuli per organa sua doctrina pervertenda &
corrumpta, tanto studiosiores nos esse decet in veritate
cœlesti afferenda & à strobris nebulisque adversariorum vin-
dicanda. Quapropter placuisse simplicem ac veram horum
verborum sententiam è contextu & concordantiis, cruere
ac simul, an Adversariorum faveat dogmatibus vel secus, al-
tente pensitare. Quod dum facimus, te, DEUS Ter. Opt. Max.
ardentissimis votis invocamus, ut nobis luce gratia tue viam
monstrare velis, quo depulsis omnium errorum tenebris ve-
ram verbi tui sensum inquiramus, inquisitum perpendamus,
perpensum ad nominis tui gloriam ac nostrorum omnium
emolummentum transferamus. Amen! fiat!

Ante-

Antequam verò ipsam verborum explicationem accedamus, monitum Augustini sequi lubet: Utile est varias translationes conferre, unam familiarem retinere: ut ex ipia collisione multarum uberior veritatis lux apparet.

Textus Originalis.

1. לְמִנְחָה לְרוֹר אָמַר נֶכֶל בְּלֵבוֹ אֵין אֲלֹתָה חַשְׁחוֹתָה הַתְּعִיבוֹ עַלְילָה אֵין עַשְׂחָה—טוֹב:
2. יְחִזָּה מִשְׁמִים הַשְׁקִוָה עַל־בְּנֵי אָרֶם לְרָאֹת הַישׁ מִשְׁכֵל דָרָת אַת־אֲלֹתָה:
3. חַכְלָה סָר יְחִזָּה נְאֹתָה אֵין עַשְׂחָה—טוֹב:
אֵין גָם אֶחָר:

Verba quæ à Paulo Rom. 3, 10. seqq. ex hoc Psalmo adducuntur.

ὅτι ὃν ἐξ οὐδεὶς δίκαιος γάλλε τέλειος ὁ συνιῶν, ἀλλὰ ἐξ οὐδεὶς τὸν θεόν. Πάντες ἐξένελιναν, ἀμαρτίας ἀχρεωπήσανταν, ἀλλὰ ἐξ οὐδεὶς ἔως ἐνός.

VERSIONES.

1. Onkelos:

לְשִׁבְחָה עַל יְדֵ רֹור אָמַר טְפֵשָׁה בְּלֵבָה לִית
שְׁלִיטָנוּ אֱלֹהָא בָּאֲרֻעָא חַפְלוּ עֲזֹבְרוּהָן רְחַקְיָה טְבַתָּא
אַשְׁכְּתָהוּ עַוְלָא לִית דְּעַבְרָר טָבָה:
יוֹי מִן שְׁמִיאָ אֲזֹרִיק עַל בְּנֵי אָרֶס לְחַחְמָי
הָאָתָה מִשְׁבֵּיל תְּבָע אַלְפָן מִן קְרָם יוֹי:
בְּלֹהָן יוֹי לְאַחֲרוֹא כְּחַרָא אַתְּרַשְׁלָג לִית דְּעַבְרָר
טָב לִית אָהָר:

Chaldaice Paraphrases translatio.

Ad laudandum per Daydem.

Dixit insipiens in corde suo : Non est potestas DEI in terra : corruperunt opera sua , execrati sunt bonum ; adinvenerunt occasionem : Non est , qui operetur bonum . 2. Dominus de cœlo aspicit super filios hominum , ut videat , num sit intelligens , qui querat doctrinam à conspectu Domini . 3. Omnes conversi sunt retro , simul obtorpuerunt ; non est , qui operetur bonum , non est ne unus quidem .

2. Versio LXX.

Ἐις τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ

Δαυίδ.

Ἐπειν ἄφεων ἐν καρδίᾳ αὐτῷ , γ' ἔστι θεός . διεθάρησαν
καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν σπιτιδεύμασιν , οὐκ ἔστι ποιῶν χειροτόπια .
Κύριος ἐκ τῷ οὐρανῷ διέκυψεν ἐπὶ τῷ μὲν τῶν αἰνθρώπων , τῷ
ιδεῖν εἰ ἔστι συνιών , η̄ ἐκ τῆς τὸν θεόν . Πάντες ἐξένλιναν , ἀμφα
τήρεισθησαν , οὐκ ἔστι ποιῶν χειροτήπια , οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός .

3. Vulgata.

In finem Psalmus David.

Dixit insipiens in corde suo : Non est , Deus . Corrupti sunt
et abominabiles facti sunt in studiis : Non est , qui faciat bonum .
Dominus de cœlo prospexit super filios hominum , ut videat , si est
intelligens , aut requirens DEUM . Omnes declinaverunt , simul
inutiles facti sunt ; non est , qui faciat bonum , non est usque
ad unum .

4. Junij & Tremellij Versio.

Magistro Symphoniae Ode Davidis.

Dicit stultus cum animo suo non est DEUS : Corrumperunt ,
abominandum quamque actionem perpetrant , non est , qui faci-
at bonum . Iehova ē cœlis prospectat super filios hominum , ut
videat , an sit ullus , qui intelligat , qui requirat DEUM . Unus-
quisque recessit , Omnes simul putridi facti sunt , non est , qui faci-
at bonum , non est vel unus .

5. Pagnini.

Victori Davidi .

Dixit nebulo in corde suo , non DEUS : corruperunt ,
abomi-

abominabile fecerunt facinus non faciens bonum. Dominus
e cœlis prospexit super filios hominum, ad videndum, an sit intel-
ligens, quærens Deum. Omnis recessit, pariter rancidi facti sunt;
non faciens bonum, non etiam unus.

6. Tigurina.

Victori Davidis.

Dixit stultus in corde suo, non est DEUS, corruperunt vi-
am suam, abominabile faciunt opus, non est, qui faciat bonum.
Jehova e cœlis prospexit super filios hominum, ut videat, an sit in-
telligens. Omnes declinaverunt, pariter fœtuerunt, non est fa-
ciens bonum, non est etiam unus.

7. Versio.

Biblia germanica in ipso reformationis opere Augustie
excusa & A. 1518, 27. Jan. absoluta ita reddunt.

Do David sahe das gemeret wurden die affterkoser, und fal-
schen versager. do machet er diesen Psalmen. und yn sungen die sin-
ger. und verdampten die lügner. die da unwarhant sagten. vnd dies-
ses Psalms übergeschrifft ist

Der Psalm in das Ende David.

Der vnweise sprach in seinen Herzen/ Gott ist nit/ sie seynd
jerstrewet und seynd worden unmenschlich in ihren Lernungen; Er
ist nicht der da thut das Gut. Er ist nit vnn̄ zu ainem (Ps. 53. bis
zu einem) der HErr schauet von Himmel über die Sün der Men-
schen/ daß er sehe ob da ist ein versteender oder suchender Gott. Alle
nangken sy sich mit ainander vnd seynd vnn̄ zu ainem/ er ist nicht
der da thut das gut/ er ist nicht vnn̄ zu ainem.

8. Psalterium cum apparatu vulgari pro more barbarico transla-
tum. Meritis impressum per Casparum Hochfeder,
anno Domini 1513. sic habent.

Diesen Psalm macht David/ do er sach daß gemeret würden die
affterkoser und falschen versager/ vnd in sungen die senger/ vnd
verdampten die lügner die die vntwarheit sagten. Den Psalm
sprich/ daß dein fründ von verr gesund wieder heym kumme.

Der unwyes sprach in seinen Herzen/ Gott ist nit. zerstört vnd
unmenschlich sind sie worden in ihren lernungen (Ps. 53. Sie sink
zerstört/ vnd schulich worden in den bosheiten) er ist nit der da thut
das

daß gut/er ist nit vnnig zu eynen. Der HErr von Hymel sahe vff die Sünd der menschen/das er sahe ob ist ein verständner oder suchender Gots. Alle neigten sie sich mit einander/ und sind unuz warden/ er ist nit der do thuet daß gut/er ist nit unz zu einem.

9. Versio Dietenb.

Ein Psalm David / dem starken Überwinder / dem Ver-
gießer seines Bluts / dem der den ewigen Lohn giebt /
hoch zu singen bis zum End.

Der Unweise hat gesagt in seinem Herzen/Es ist kein Gott/
sie seynd verderbet und greulich worden in ihren Thun / da ist kei-
ner der gutes thut. Der HErr sahe vom Himmel auff der Men-
schen-Kinder/ daß er sehe / ob jemand verständig wäre/ und nach
Gott frage. Aber sie waren alle abgewichen/und alle mit einan-
der untüchtig/da war keiner der gutes thet / auch nit einer.

10. Piscat.

Ein Psalm Davids dem Sängermeister übergeben.

Der Narr spricht in seinem Herzen/ es ist kein Gott/ sie ha-
ben sich verderbet / sie haben sich zum Greuel gemacht mit ihren
Thun / da ist keiner der gutes thue. Der HErr schauet vom
Himmel herab auff die Menschenkinder / daß er sehe ob irgend
ein Kluger verhanden sey / der nach Gott frage. Aber sie sind
alle abgewichen/ sie haben sich allesamt finckend gemacht / da ist
keiner der gutes thue/ auch nicht einer.

11. Versio B. Lutheri.

Ein Psalm Davids vorzusingen.

Die Thoren sprechen in ihrem Herzen / Es ist
kein Gott/ sie tügen nichts / und sind ein Greuel mit
ihrem Wesen/ da ist keiner der gutes thue.

Der HErr schauet vom Himmel auff der Men-
schen Kinder/ daß Er sehe / ob jemand klug sey / und
nach Gott frage.

Aber sie sind alle abgewichen / und allesamt
untüchtig/ da ist keiner der gutes thue / auch nicht
einer.

Postquam

Postquam nunc textum fontesque ipsos & præcipuas ejus
versiones recensuimus, restat præterea ut pergamus porro &
in ipsam rem ingrediamur, in qua tria cumprimis, membra
lectoris exhibebimus. Primo analysis textus evolvemus, inque
verum & genuinum sensum priorum trium commatum inqui-
remus. 2. Deinde Quæstiones controversas ad illustrationem
textus facientes adducemus. Et 3. denique aphorismos practi-
cos brevibus subjiciemus. Ante autem, quam à nobis id factum, de
Titulo ejusque partitione nonnulla præmittemus.

TITULUS.

Ut igitur prius de eo, quod priori à nobis propositum est so-
co, agamus, continetur titulus his verbis: לְמַנְצָחָה לְרוֹן, in quo
duo cumprimis sunt notanda. 1. Autor. 2. Adjunctum.
Autorem quod spectat principalem, uti totius Scripturæ Cano-
nicæ totiusque libri Psalmorum; ita & particulae ejus esse Spi-
ritum S., per quem locuti sunt sancti DEI viri 2. Petri, 21. dubitan-
dum non est, præcipue cum constet adduci ex eo nonnulla à
D. Paulo Rom. 3, 10. seqq. Unde omnino illud quoque liquet, ex
numero Scripturæ canonice hunc Psalmum non esse excluden-
dum. Instrumentalis autem ejus Autor David est, cuius ope-
ra in eo componendo usus est spiritus S. qui que sicut amoenus
psalmus Israëlitum 2. Sam. 23, 1, 2. quod et si illa ipsa verba,
quæ præfiguntur, satis attestantur: Fuerunt tamen & jam
olim ante S. Augustini tempora, qui de eo dubitarunt. Sunt, in-
quit l. 17. de civ. Dei c. 14. qui putant, non à Davide factos psalmos,
nisi qui prenotantur, IPSIUS DAVID, qui vero habent in titulis
IPSI DAVID, ab aliis factos, personæ ipsius fuisse coaptatos. Quæ
opinio et si cumprimis à Judæis ex odio erga Christianos ortum
suum deducat, ut egregie ex Jacobo Precio, Ludov. Viv. in
Comm. ejus loci demonstrat; Constat tamen, nonnullos etiam ex
Patribus calculo suo eandem approbasse. Unde Hilar. in præfat.
Psalm. Hujus libri non unum, & quidem Davidem, sed pleros fuisse
autores, quorum aliqui longè ante Davidem vixerant, & suos hy-
mnos, ex antiquissimorum patriarcharum scholis acceperint, & atq.
t. 186 & 187. & 188. idcirco requirunt, aliqui vero post Davidem.

sicut am babuerint. Verum plerique ex patribus Orig. Ambros. Augu-
stin. Cassiodor. unius David Psalmos omnes opus esse tradunt; Et
ex Evangelio etiam S. August. l.d. idem evincit: Quae opinio, in-
quit, voce Evangelica Salvatoris ipsius refutatur, ubi ait, quod ipse Da-
vid in spiritu Christum dixerit esse suum Dominum. Quoniam ψ. 110.
sic incipit: Dicit Dominus Dominu meo &c. Et certè idem Ps. non ba-
bes in titulo ipsius David, sed ipsi David, sicut plurimi. Hæc recte &
egregie prorsus Augustinus. Quibus adde, quod Hebrei non raro
Dativum pro genitivo usurpent, ut ex lingua hebræa peritis se ac-
cepisse assentit ibidem Vires, id quod & exempla passim obvia con-
firmant. Sed etsi dicamus (⁹) esse h.l. notam Dativi casus, quod
plurimi asserunt ex orthodoxis, eo tamen non negatur, Davidem
eius esse autorem, quippe cum possit esse sensus; Psalmus Davidi,
(subaudi) dictatus & inspiratus à Spiritu S.

Adjunctum denotatur voce לְבָנָה, cuius vocula ambi-
guæ variaque significatione inducti interpres tam Græci quam
Latini tam variè reddiderunt, ut diu desudandum sit, si quis ve-
ram & propriam vim ejus indagare velit. Patres, ut Hieron.
August. Remigius Antiflodorensis reddiderunt IN FINEM, secuti
forte LXX. senes, qui eis τὸ τέλος habent. Chaldaeus vertit:
לְשִׁבְחָה ad laudandum seu ad invitatorium, quod quasi calcar
addant hi Psalmi, ut eo constantius pergamus in precibus ad
DEUM fundendis. Nec Recentiores quidem hic aliter se gerunt.
Alii Magistro symphonie, Junius & Tremel. Praecentori, Luberus,
Osiand. &c. Nonnulli Victori seu Triumphantori, vel ad triumphan-
dum, Pagninus, Försterus in Lex. eis ἡν νικην ad Victoriam, Theo-
dorion, Symmachus εἰνίστρεον victoriale: Aquila ἡν νικηπον
si seu effectori victoria. In perpetuum Falkut.

Et Postiores quidem rursus scinduntur in partes; Alii
enim respiciunt ad modum canendi Levitarum, quorum alii
cum conatu superandi reliquos elevata magis voce hæc ca-
nebant. Hinc Försterus Participium pro Gerundio poni exi-
stimat, quasi dicat ad vincendum scil. alios vocis altitudine &
contentione. Inde & vox νικη Victorem seu Triumphantem
significat, qui rem, quam institit semel, feliciter ad finem
perducit, unde i. Sam. 15. DEO ipsi tribuitur. Alii ad DEUM
hæc

hæc referri dicunt, & (ב) volunt esse notam Nominativi casus, tribuique DEO victoria laudem à Davide. Qui in æternum seu perpetuum reddiderunt, putarunt fortè לנצח possum pro רצון quod in perpetuum seu æternum significat, Psal. 10, 11. & denotari volunt Psalmum, cuius victoria seu triumphus sit duraturus in æternitatem æternitatum. Ubi observanda paronomasia in nominibus, quæ Hebræis æternitatem seu perpetuitatem & victorian significant.

Patres, qui in finem vertunt nomen, crediderunt רגען quod in finem significat, quam sententiam & Bellarminus defendit, & (ב) vitio Libratorum accessisse suspicatur, verum pro vulgata ut pugnet, haud dubio id est factum. Theodoreus in Psal. 7. dicit, Propterea in finem seu perpetuam vertisse LXX, eo quod hæc vaticinia in fine seculorum essent eventura. Plerique tamen Patrum ad allegoriam digrediuntur. In finem, inquit Augustinus, hoc est in Christo, finis enim legis Christus est ad justitiam omni credentii. Remigius Antissod. Hæc exprobratio, inquit, que agitur in hoc Psalmo, ad hæc sit, ut dirigatur in finem, id est, perfectam beatitudinem attribuendo David, id est Christo, non corpori, sed capiti ipsi.

Alli vero, qui cum B. Luthero Magistro Symphonie seu Præcentori, optime, nostra quidem sententia, reddiderunt. Nam & vox ipsa נצוץ, quæ in Piel tantum usitata, in genere præfaturam & officium אֶתְעָדִים denotat, & significat: ursit, coegerit, impulit alios ad agendum & perficiendum. Ut Præfecti operum cum primis solent alios ad opus faciendum urgere, ut 1. Paral. 23. vers. 4. ad urgendum super opus Domus Domini. Confer 2. Paral. 34, 12. Esr. 3, 8, 9. Item Roborare seu fortificare juxta R. D. Kimchi in Lib. Radic, quod in Lex. suo notat Pagninus; inde ad Musicam translata Archimusicum, Præcentorem seu Magistrum Cantorum notat, Einen Capellmeister. Quod innuere videtur Lutherus quoque, cum reddidit: Ein Psalm Davids vorzusingen (subaudi traditus seu commissus.) Indicatur ergo hac voce Psalmum hunc dandum esse Magistro cantorum, ut melodiam, ad quam canendus esset, componeret, juxta illorum temporum consuetudinem.

PARTITIO.

Constat autem Psalmus hic tribus potissimum partibus. 1. continet descriptionem & querelam de pravitate animi totius generis humani à vers. 1. ad quartum. 2. Altera impiorum & scelerorum hominum malitiam accusat, illisque ultionem divinam comminatur; accusationi huic deinde adhortatio subjicitur, qua impios à uis sceleribus revocat & ad resipiscientiam invitat, à vers. 4. ad septimum. Tertia continet consolationem & votum Ecclesie, liberationem per Messiam expectantis. Verum enim vero quia de singulis agere non unius disputationis res est; sed integrum commentarium postulare, de priore tantum parte & tribus ejus versiculis agere institui, reliquas ad aliud tempus & occasionem commodiorem reservaturus: sit igitur bono cum DEO.

MEMBRUM PRIMUM,

Analyssin & veram textus explicacionem continens.

¶ dixit (in corde suo.) Varia hujus verbis significata in S. Scriptura occurunt, & ponitur 1. absolute, & significat dixit, cum altero locutus est, ut Gen. 20, 5. C. 41, 24.

2. Idem significat ac praecepit, jussit, imperavit. sic Jona II, 11. ¶ dixit Dominus ad pescem, ¶ evomuit Jonam. LXX πρεσβέτερον praecepit. Esth. I, 10, 11. Rex ¶ dixit adducere Vashti Reginam, id est, jussit. Conferantur I. Paralip. XXI, 18. I. Reg. XI, 18. Marc. V, 41. Matth. IV, 3.

3. Significat etiam celebrare Psal. XL, 11. Salutem tuam, dixi Psal. XXIX, 9. ¶ in templo totus ipse ¶ dicens gloriam. Sic I. Cor. XII, 3. Nemopotes ¶ sum Dominum dicere. Ubi Paulus voce eiusdem juxta LXX. virales usus est.

4. Significat respondere Gen. XXII, 11. Qui dixit: ecce me, Lu-therus Er Antwortet: Hier bin ich. Item C. XVI, 8. C. XXI, 30.

5. Significat vocare, nominare Es IV, 3. Sanctus dicetur. C. XIX, 18. Civitas Hæres dicetur. C. LXI, 6. C. LXII, 40. Jer. VII, 32.

6. Significare Exod. XIII, 15. Num. XX, 14.

7. Deniq;

7. Denique significat cogitare, determinare, velle, præsuere,
2. Sam. XXI, 18. Item discursum formare seu diaλογίζεσθαι, quo
vocabulo utuntur sacerdos Evangelistæ Marc. c. II. 6. Luc. IX, 47.
Matth. IX, 3. Marc. V, 28. Conferantur dicta Gen. XXVI, 9. Gen.
VIII, 20. Exod. II, 14. Deut. VII, 17. II. Sam. XXI, 16. Maximè
autem significat animo volvere & cogitare, quando additur בְּ
in Corde, uti h. l. Dicere autem in corde idem est, ac tacite intra se
se meditari, licet aliquid quandoque vel verbis vel gestibus simile-
tur exterius; Indicatur Ergo h. l. vafrities exterius de DEO bene
loquentium, vel bona quædam operantium, sed male intus de eo
sentientium. Dicit impius corde, licet sibi ipsi per conscientiam
contradicente, opere tamen id prodente & testante, ore nunc
veritatem simulante, nunc per falsam doctrinam istud indicante,
nunc per speriam malitiam id negante. Inde rectè Luth. super
cap. I. Jonæ. Wievol sie nun nicht recht glauben an Gott / so
haben sie doch solchen Sinn und Meinung/ GOD schen ein solch
Wesen/das da helfen könne im Meer und in allen Nöthen. Solch
Licht und Verstand ist in aller Menschen Herzen / und lässt sich
nicht dämpfen/noch löschen. Es sind wol etliche gewes/ als die
Epicurei, Plinius und vergleichen/die es mit dem Munde läugnen/
aber sie ihuns mit Gewalt/und wollen das Licht in ihren Herzen
dämpfen/oder die Augen zuhalten/ daß Sie nicht sehen/noch hö-
ren. Aber es hilft sie nichts/ ihr Gewissen sagt ihnen anders/denn
Paulus leuchtet nicht/ daß GOD Ihnen offenbaret habe/ daß
Sie von GOD etwas wissen. Item in Comm. Psal. 14. Tom. 2.
Isleb. Lat. &c. Nebulistum negare DEUM non in ore & gestu, & pom-
pa extensis, ubi DEUM etiam præveris DEI amatoribus jactat se
nosse sed in corde, id est inimo affectu, cuius tacitatem mox sequitur
cæcitas quoq. mensis, ut nec rectè de DEO cogitent, nec loquantur, nec
operentur: sicut Psal XI. dictum est. Et Paulus Tit. I. dicunt se nosse
DEUM, factis autem negant. Hi ergo soli habent DEUM, qui in
DEUM credunt fide non fidâ: ceteri omnes sunt stulti, & dicunt in
corde suo: Non est DEUS. Cum quo consentiunt Gesn. in h. l. Run-
gins item Disp. 2. in Epist. ad Rom. aliisque. Paulus cum primis
Rom. I, 8. cum dicit: Impios κατέχειν τὴν αληθεῖαν εἰς ἀδικίαν,
hoc est, violenter & contra conscientiam retinere, & velut carceri

includere veritatem de DEO. Sed & id præterea notandum.
Luth. Jun. Tremel. Piscat. reddidisse in præsentij impius dicit: Die
Gottlosen sprechen. Et recte quidem; Præteritum enim h. l. a-
etum continuum & durantem notat, ideoque illud h. l. in præ-
senti, sicut quandoque in futuro, est reddendum ut Ps. I, 1. Bea-
tus, qui non ambulavit, hoc est, ambulat Gen. IV, 1, 9. Cap. XXXII,
19. II. Sam. I, 5. II. Reg. III, 11. Quod etiam Græci scriptores in
N. T. saepius imitantur Job. I, 15, 26. In medio vestri stetit i. e. stat
Act. XII, 14. I. Job. III, 6. & alibi.

נַכְלָה Stultus, insipiens, fatuus. Hoc nomen propriè si-
gnificat id, quod humore & sapore destitutum est, quod lan-
guet atque marcescit, & veluti aridum folium decidit. Hinc
transfertur ad homines, dum velut vitali humore atque inde vi-
ribus exhauiuntur & deficiunt, unde Jethro ad Mosen.
נַכְלָה marcescendo marcesces tu & populus, id est, planè
concides, conficeris, elangesces. Sic & Es. I, 30. cum defecisse
populum significare vult, tanquam folium, inquit, exiccati su-
mus. Inde pro eo, quod vile est & abjectum nulliusque pre-
tii, aut per Metaph. pro eo, quod sensu & mente destituitur,
nullius animi, nullius consilii, qui omnes suas cogitationes in rem
contemtissimam abjecit. Hinc I. Reg. XXV. Nabal secundum
nomen es, id est, qui nihil sublime cogitabat, neque dignam de re-
bus estimationem judiciumque habebat.

Deinde porro stultitia nomen ad insigne facinus & factum
contra publicam honestatem commissum, transfertur, quasi si
homini probo & sapiente indignum, sicut dicitur vitium Diœ il-
latum Gen. XXXIV, 7. stuprum virginis Deut. XXII, 21, furtum, Jos.
VII, 5. scelus in uxorem Levitæ, Jud. XIX, 23.

Cadaver etiam à נַכְלָה cadendo appellatur quasi vigore
suo destitutum & marcidum; quo sequentia verba Psalmi nostri
respiciunt, computruerunt, inutiles facti sunt tanquam cadaver &c.
videatur Mercerus in Lexic.

3. Hoc nomen etiam accommodatur ad eum, qui ideo
abjectè de DEO sentit, quod DEUM non agnoscat, neque veram
fidem & religionem colat, quare ad Idololatriam pertinet, sic
Israel ingratus & impius dicitur נַכְלָה Deut. XXXII, 6. Hostes
DEUM

DEUM blasphemantes Psal. LXXIV, 18. Hinc *Paulus* Gentem insipientem vocat *Rom. X, 9.* Quæ significatio etiam propria est hujus loci. Dicuntur autem homines non-renati insipientes i. Non ratione malorum, quæ satis superque norunt, sicut conqueritur DEUS apud *Jerem. IV, 22.* Sic & Christus *Luc. XVI, 8.* ait, *filios seculi in sua generatione esse Quidam vates perspicatores & prudenter, quam filii Lucis.*

2. Non ratione bonorum moralium & civilium, aut etiam rerum adiaphorarum. Nam potest etiam Non-renatus esse prudens, & exercere studium virtutum externarum in civilibus, appetere item honores, opes &c. Sic tamen, ut non raro circa hæc objecta hallucinetur. Vires enim humanæ licet non prouerso circa talia nullæ sint, attenuatae tamen per lapsum, & iam accisa sunt. Sed 3. Ratione spiritualium bonorum, quæ homo animalis extra renascentiam non potest percipere. Hic igitur est *שׁוֹלֵם נְבָל*, fidelis & carens, non intelligens, nec **DEUM** requiriens, ut exponit *Gesn. super h. l.* seu ut *Luth. T. 2. Lat. Jen. fol. 142.* *שׁוֹלֵם & idololatra, ignorans DEI*, et si vel maxime civiles res & mundanas satis sciat, intelligatque.

4. *בְּלַבְנִי* in corde suo i. e. statuit apud se vel in animo suo, & manet hæc tristis caligo in ipsis corde, etiamsi interdum verbis profiteatur esse **DEUM**, tamen ut *Paulus* inquit *Tit. I. factis eum regar.* Nomen hoc, quando construitur cum *לְבָנִי* vel *אֶלְעָן*, tum significat blande sive suaviter alloqui & consolari. Exempla sunt *Gen. XXXIV, 3.* *Locutus est Simeon* *לְבָנִי* *super seu ad cor puella.* *Gen. L, 21.* *Joseph locutus est לְבָנִי* *ad cor eorum.* *Ej XL, 2.* *Locutus ad cor Jerusalem Luth.* redet mit Jerusalem freundlich. Quando autem cum (ב) construitur, tunc significat aliquid animo volvere cogitare. ut h. l. & secundum quosdam *Psal. XV.* 3. Qui loquitur veritatem in corde &c. & passim. Tria autem hoc nomen potissimum significata habet. 1. *בְּלַבְנִי* significat corpus propriæ membrum animantis, spiritus vitalis officinam. 2. Metaphorice medium ejusque rei. *Jer. II, 4.* *Deut. IV, II.* *Pf. XLV, 6.* 3. Meton. pro studiis, voluntate, cogitationibus, affectibus & consiliis, quæ in corde sedem habent, & perficiuntur, sumuntur. Cor enim est eorum *מִשְׁכָן* habitaculum & sedes, ut *R. D. Kimchi* ait

ait Prov. XIX, 8. קְנַח רַעַת id est, קְנַח רַעַת II. Reg. V, 26. Non abile
cor meum i.e. mens, cogitationes meæ.

אֵין אלהים (non est) DEUS. De vera radice vocabuli אלהים non consentiunt Doctores Hebraei. Quidam deducunt à nomine לְאָלֹהִים, quasi Eloah idem sit, quod לְאָלֹהִים fortitudo, inde לְאָלֹהִים fortis & מְלֹאת אלהים fortitudines, ob potentiam simili & potestatem DEI in omnes creaturas. In qua sententia etiam est Parauis in Gen. c. I p. mihi 28. Hanc autem sententiamflare non posse, certum est. 1. Ex natura in mappicati in singulari אלהים quod nunquam potest esse littera servilis, ideoque nec in tali casu servit; Necessario autem serviret, quia præter literas radicales אלהים hic accederet. 2. Ex diversitate punctorum, nam zere est sub אלהים, (נ) sub אלהים jam zere occupans proximum ante accentum locum, non mutatur tali modo in (:); sed manet, ut videtur est Ps. XXII, 1. אלהים DEUS mi. Cornel. à Lap. in Comment. deducit à nomine אלהים & יְהוָה pro תְּהֻנָּה, sed obstat i. consuetudo Ebræorum, qui compositas voces, nisi in nominibus propriis, non agnoscunt. 2. Deinde hic est (נ) mobile; in הַהְיָה verò הַהְיָה quiescens, quod nunquam mobile fieri potest. Luther cum Rungio commodior videtur derivatio à radice אלהים juravit, ideoque vox אלהים redditur judex & estimatur juramentorum, & causa hæc allegatur: Quod per solum DEUM jurandum, & ad ejus honorem omne juramentum dirigendum, qui vindicat perjuria & omnia scelera.

הַרְחָמָה nomen dicunt in DEO notare אלהים proprietatem judicii: וְהַרְחָמָה autem proprietatem misericordiae. Hinc Onkelos aliquando judicem transfert. Et Targum verba Ps. LVI, II. אלהים אלהים דבר ביז'וה אלהים דבר Sic interpretatur: בְּמִזְרָחָה דָּנָא אֱלֹהָא אֲשֶׁבָּה בְּמִזְרָחָה בְּמִזְרָחָה רְחָמָה hoc est: דָּנָא אֲשֶׁבָּה בְּמִזְרָחָה:

In mensura judicij Dei laudabo in verbo ejus, in merito miserationum Domini laudabo in verbo ejus. Et R. Maimon. in libro More part. 2. Co. 6.

אלֹהִים שֵׁם שָׁופְטִים עַד אֱלֹהִים וּבָאָרֶב שְׁנוֹאָת
hoc est: Elohim nomen judicum est, ut ad Elohim Judices veniet
causa amborum Exod. XXII, 28. Item part. i. c. 2.

וּרְעֵבֶל עֲבָרִי כִּי שֵׁם אֱלֹהִים שֵׁם מִשְׁתָּחֹת לְשֵׁם
וּלְמִלּוּכִים וּלְשׁוֹפְטִים וּלְנָהָר בְּנֵה מְדוּעָת
id est.

Novit omnis Ebraeus, quod nomen Elohim nomen equivocum est, com-
mune DEO, Angelis, judicibus, gubernatoribus provinciarum. R.
Bech. ai in princ. Gen. Elohim juxta simplicem sensum significat Dei-
tatem seu DEUM; juxta sensum allegoricum nomen hoc significat ju-
dicem: Denig, juxta modum Cabalisticum hoc constituit duas voces
אל הָלָה Dii sunt. Hæc ratio pia quidem satis est, & huic loco
quadrare videtur: quando enim impius negat esse DEUM, tunc
facit illud non ratione essentiae, sed ratione providentiae. Hinc
etiam Chald. non est potestas DEI in terrâ. Non enim est hic
אלְהִוָּת, quod DEUM ut primum Ens seu Ens Entium, sed
אלְהִים, quod DEUM ut judicem & gubernatorem significat. Unde sit, ut
idem vocabulum ad homines dignitate & potestate eminentes
transferatur. Exod. IV, 16. Ipse erit tibi pro ore, & in eris ei אלְהִים
pro DEO, Chald. רְבָבָה pro principe seu duce. Tu demandabis ei,
quaeris sit ad populum locuturus. Exod. XXI, 6. Et adducet eum Do-
minus ejus אלְהִוָּת ad Deos, hoc est, judices. C. XXII, 28.
Diis non maledices, hoc est, judicibus, ut Pagninus cum Chaldaeo
vertit: Vel Principi populi, ut D. Paulus Actor. XXIII, 5. Tribui-
tur item Angelis potentia eximia & felicitatis copia præ omni-
bus aliis creaturis à DEO præditis Ps. VIII, 6. Deficere fecisti eum,
paululum נְאַלְהִי ab angelis, ut Chald. LXX. Pagninus &
Vulg. vertunt, & interpres omni exceptione major Apostolus
Ebr. II, 7. ita exponit, ubi sermo est de Christo infra angelorum
potestatem in statu exinanitionis collocato. Sensus igitur hu-
jus loci est, non inveniri quidem, qui DEUM esse insufficientur, sed
quam multos, qui negant DEUM cutare ac regere res huma-
nas, bonisque præmia largiri, scelera vindicare, atque idcirco eo
excrevisse hominum malitiam, ut jam nihil vereantur pecca-
re, sed libenter ac proterve, neque poenam metuentes, in omnia
vel maximè detestanda scelera sese projiciant, & ita superbè &

C

invē-



inverecundè peccent, ac si non esset DEus & qui videret, & qui posset punire. Si tamen de analogia Grammatica quæritur, sublistero non videtur, propter ἂ quietens & mobile, ut jam dicebamus. Rectius igitur alii radicem ex Arabismo producunt, ubi est חַלְלָה coluit, adoravit, quod DEus sit coelitus & adorandus &c. Quod ex Epenio B. Trostius demonstravit. Et accipiunt illud Sixtin Amama in antib. Bibl. p. 478. Pasor in nom. N.T. p. 36. Glass. Phil. S. I. III. p. 86. Solus Gomarus dubitat; sed quibus rationibus pugnet, & an ea validæ satis sint, in ipso confitruam.

רְשָׁמָן corruperunt, sceleribus suis exitium sibi attrahunt, quilibet scil. horum stolidorum hominum. Hanc enim distributionem postulat pluralis verbi ad nomen singulare collectivum relatio. sic Ps CXIX, 103, quam dulcia sunt palato eloquium tuum, id est, singula tua eloquia. Prov XXVIII, fugiunt improbus, id est, singuli improbi. Verbum רְשָׁמָן significat aliquid ex pristino statu in pejorem transferre, destruere, devastare, v. gr. terram bello ne homines vekanimalia restent. Jerem. XXXVI, 29. C. LI, 20. Sicut DEus Sodomam Gen. XIX, 14. Sic Leo רְשָׁמָן Jerem. II, 30. Sic de corruptione actionum humanarum usurpat hinc inde, quando in iisdem primæva integritas destructa est penitus, cum nullus adest virtutum decor &c. ut Gen. VI, 12. corruperunt viam suam. Actiones suas Zeph. III, Item absolute absque nomine רְשָׁמָן corruptè egerunt (idola scil. colendo) Jud. II, 19. Exod. XXXII, 7. Deut. IV, 25. C. XXXI, 20. Sic & h. l. est in Hiphil, corruperunt scil. viam suam, quod hic subaudiri debet: Via autem hominis est officium ipsi divinitus præscriptum, quod ἀναθελαύραι in dilectionem DEI & proximi sicut sui ipsius. Talis igitur indigatur h. l. depravatio, qua quis veluti conlusio & industria à via, quam ipse novit justam & legitimam esse, deflectit, atque in ea perseverat. Est enim præteritum pro præsenti. Contra ea vero in devia libenter digreditur, ubi mortem præsentissimam ipse videt omnes item actiones suas & negotia studio corrumpt. Inde LXX. voce διαφέρεσθαι usi sunt, quod idem est ac sine mente & consilio esse ac pessum ire. Ita & de vino usurpat Isocrat. ad Demon. ὅταν ὁ νῆσος ὑπὸ ὄντος διαφέρει, ταῦτα πάχει τοῖς ἄγμα-



אָגָוְתִּי תְּשֵׁבַתְּךָ וְעַמְּךָ, כַּמְּמַשְׁבֵּחַ וְמַשְׁבֵּחַ,
כַּאֲכַלֵּת, קַדְרָבֶּבֶס, קַדְרָבֶּבֶס.

הַתְּנִינָה

Abominabiles reddiderunt, id est, corruperunt abominabiliter. Hoc enim posterius verbum Adverbii naturam induit, uti Ecclesiast. II, 9. crevi & adjecti, id est, crevi amplius vel magis. Sic vers. 19. ibid. laboravi & sapui, id est, laboravi sapienter. Gen. XXIV, 18. Cap. XXV, 1. Cap. XXVI, 18. C. XXX, 31. I. Reg. XIX, 6. Ps. LXXVII, 41. Jerem. XXXVI, 8. Es. LXIV, 4. Hos. IX, 9. Ad. XV, 16. Rom. X, 20. Per בְּעֵן autem ejusmodi inutile significatur, quod comedendo non est propter foetorem & putredinem, inde alii verterunt: rancidi facti sunt, sumpta Metaphora à cibis foetidis & rancidis, à quibus omnes abhorre solent, quæ abominationis metaphora non infrequens etiam est in scriptura. Dicuntur enim idolorum cultores abominabiles, Os. IX, 10. Et idola ipsa abominatione. Deut. VII, 25, 26. Cap. XII, 31. Cap. XIII, 41. Cap. XXVII, 15. Ezech. VIII, 6. & seqq. Dan. XII, 11. Matth. XXIV, 15. Sic omnes perversi mores & vitia dicuntur abominationes gentium Lev. XVIII, 22, 26, 29. Deut. XVII, 1. Hiob XI, 20. Prov. XV, 9. C. XVI, 5. In Hiphil autem idem est ac abominabilem reddere. Sic Ezech. XVI, 52. Abominandum fecisti (scirrationem spiritualem) I. Reg. XXI, 26. Achab בְּעֵן eundo post idola & passim. Unde intelligitur, homines istos, idolis potissimum & similibus rebus abominabiles DEO factos, cum veritatem omnino averunt in mendacium, & contra mendacium in veritatem DEI, hoc est, quod verè DEUS est tribuerunt homini aut creature, & è diverso, quod non est DEUS, sed mendacium, tribuerunt DEO, quod fecerunt & adhuc faciunt, qui opus & verbum DEI non intelligent & blasphemant, & demonibus tribuunt: Rursus placita sua, sive verbum, sive opus etiam ex Demonе suggestum, DEO tribuunt, frequentissimum omnium malorum, ut ex Paulo notat B. Luth. To n. 2 Lat. Jen. fol. 142, b.

עַלְיָהָה

Actionem, id est, singulas actiones suas & consilia. Hinc recte Piscator, abominabiles sese reddunt actionibus suis. Singularis enī non de uno facto loquitur; sed totam actionum pravarum speciem complectitur, sic Proverb. XVII, 22. Spiritus tristis exiccat os, id est, ossa. Ps. VI, 7. in lacryma mea &c. pro in

lacrymis. Es. XVI, 9. immittam Leonem pro Leones, &c. Est autem hoc nomen עַלְיָלָה (ab עַלְיָלָה agere, moliri &c.) generale, competens tum internis cogitationis (inde Hieron. reddit cogitationes) ac consiliis ut I. Sam. II, 3. tum externis factis & operibus, sive illa sint bona, sive mala. Sic de DEI operibus usurpatur Ps. IX, 12. Jerem. XXX, 19. &c. de machinationibus malis Deut. XXII, 14, 17. Ps. CXLI, 4. Zeph. III, 11. Graci venient $\epsilon\pi\theta\eta$ δεύματα, hoc est, quæcunque studiose consectamur & machinamur, hinc Vulgata Studium, quod cum sit assidua & vehemens ad aliquam rem magna cum voluptate applicatio, describente Cicerone l. 1. de Invent. pag. m. 92. lit. F. Manifestum inde est, ita eos studio & cultui idolorum deditos fuisse, nihil praे his ut magnum sibi esset, & eximium, verumque de DEO cultum non tantum occultasse, sed & fabellis & placitis suis turpiter contaminasse. Cum enim τὸ γνωστὸν τὴ Θεὸς naturaū notum esset, ut ait D. Paulus Rom. VIII, 19. parvum ista curantes: facti sunt ἀγαπολόγυτοι. In Psal. LIII, aliud hic nomen occurrit עֲוֹן, quo nomine tales actiones & tale malum significantur, quod contra leges & jura committitur, quo proximus offenditur, & quod ē corde in os & opus etiam externum prorumpit, quod nomen hujus vocis significationem exactius exprimere videtur.

עַשְׂנָה-טוּב non faciens bonum, hoc est, nemo horum satuorum; hæc enim particula negandi, si de personis usurpetur, commode redditur per nemo vel nullus, negatque totam speciem, & plus valet quam ὁ, idem vero, quod prius dixerat affirmativè, (corruperunt actiones:) jam repetit negativè: (non effaciens bonum) ad rem eō plenius confirmandam, & clarius inculcandam, ut Gen. XLII, 2. vivamus & non moriamur. Eccles. VII, 28. Prov. XLI, 5. 6. Ad hoc autem Participium הַשְׁׁעָם faciens, Latinis supplendum est verbum substantivum (eff.) illudque ipsum Participium æquipolle Præsenti. Videri hic licet, quomodo post notatam cordis impietatem ad externa studia & facta progrediatur, nequeunt enim integre & pie vivere, qui corde sunt impio, etenim ex cordis qualitate qualitas oritur vita Matth. XV, 19.

הַשְׁׁעָם Signi-

MV Significat (1) in genere moēū facere, & pro sub-
iecta materia varie exponitur, hinc (2) aliquid de novo pro-
ducere sive creando, ut Gen. I, 31. Act. IV, 24. sive generando Gen.
XLI, 47. Matth. VII, 18. (3.) potenter & feliciter aliquid perage-
re, Ps. XXXVII, 5. Deut. VIII, 24. Rom. 4, 21. (4.) Obedire &
exequi mandatum Exod. XXIV, 7. II. Reg. XVIII, 12. Sic Matth.
I, 24. c. 7, 21. (5.) Acquirere Gen. XII, 5. Deut. VIII, 17. Luc.
XII, 33. Job. VI, 27. (6.) præparare, & cum ad præparationem
requiritur mactatio, mactare Gen. XVIII, 8. Hinc cum attendi-
tur mactationis finis (7.) sacrificare Exod. X, 25. I. Reg. XVIII, 23.
Psal. LXVI, 15.

Adjiciuntur huic versui in vulgata versione : Non est usq;
ad unum, quam particulam teste Musculo, etiam Arabs legit, di-
cens : Et non unus, Augustinus, & qui cum sequuntur, Beda, Cas-
siodorus, Thomas illud usque ad unum exponunt, velcum ipso uno
(verba sunt Augustini) potest intelligi, ut nullus hominum intelli-
gatur, vel prater unum, ut excipiatur Christus : sicut dicimus, iste
ager nōque ad mare est, non utique simul computamus & mare. Et
illum intellectum ait esse meliorem, ut nemo intelligatur fecisse
bonitatem usque ad Christum : sed & hoc iterum factum fuit ob
ignorantiam literarum Ebræarum, quatum ipse prorsus erat
ignarus, ut ait Erasmus in Matth. XXI. Idem igitur & hic ipsi
accidisse existimandum est, quod de eo ait Chemnit. Orat. de
Vit. Patrum : In commentariis non est ita felix, accommodat sem-
per ad locos communes piè quidem, sed sapè non in loco, quia non
perfectam habuit linguarum cognitionem, sicut Hieronymus. Primo
enim nec Hebreus codex, nec Chaldaica paraphrasis, quicquam
hujus legunt, sed illud inventum est LXX. Interpretum, qui
primo ex codice, nescio quo, legerunt. Inde auctor vulgata ver-
sionis decerpit. Causa igitur non erat, ut hic tantopere desu-
daret S. Augustinus, quique cum eo sentire volunt, cum non ex
turbidis rivulis, sed ex ipsis fontibus vetus & genuinus scripturæ
textus sit petendus. Deinde si in textu positum quid hujus esset,
dicendum foret **לֹא בְּמִנְחָה** non etiam unus, uti vers. 3. ubi parti-
cula negativa **לֹא** non excludit quicquam, sed omnia includit

Jud. IV, 16. Exercitus casus est ad unum, h. e. ne unus quidem remansit. Ita Psal. CX, 8. Gen. XXVIII, 15. Deut. XXXIV, 36. I. Sam. XV, 35. II. Sam. VI, 23. Ps. LXXXI, 18. Ps. CXXIII, 2. Sic in N. T. particula ἡώς non semper determinat & præscindit tempus verbi præcedentis, ut excludatur quod sequitur, sed sæpius indeterminatum relinquit tempus, ut cum Christus Matth. XXVII, 20. vult profiteri, se semper affuturum Discipulis, pollicetur se illis affuturum ἡώς τῆς συντελείας τῷ αἰώνιος usque ad consummationem seculi: non quod in consummatione aut post eandem non futurus sit. Ita Luc. II, 28. I. Cor. XV, 25. I. Tim. IV, 13. c. XVI, 14. Ita & Græci patres adversus Helvidium illud Matth. I, 25. exponunt. Addit Chemnit. c. 7. Harm. Evang. In vulgari etiam sermone hac figura usata est, ut si dicam, vale donec redeo: quomodo & Galli dicere solent: A dieu jusques à demain. Item jusques à feu il a maintenu cela, q. d. etiam in igne per medium ignem Hieron. hoc exemplum ponit, quod observat idem Chemnit. Helvidius priuquam pœnitentiam ageret, morte pœvocatus est. Quæ Pbrasii non hoc vult, quod postea illud factum sit.

(יהוה) Nomen hoc quod attinet, Hebrei illud שְׁמָן nomen quatuor literarum vocant: Ut & duodecim & quadraginta duarum literarum. Quæ autem fuerint illa 12. & 42. literarum nomina, varia fuerunt de illis Judæorum opiniones Galatinus I. 2. Cath. V. c. X. nomen 12. literarum fuisse ex **אֵבֶן חֶקְרֹשׁ לְבִינוֹ** קָדוֹשׁ refert **אֵבֶן** pa-ter, filius & spiritus S. ex hoc nomine autem emanasse nomen 42. literarum **אֵבֶן אֱלֹהִים בֶּן אֱלֹהִים רֹוחַ קָדוֹשׁ אֱלֹהִים** שְׁלֹשָׁת בְּעִזָּה אֶחָד בְּשָׁלוֹה Pater Deus, filius Deus, & spiritus S. Deus, sed non sunt tres Dei, sed unus Deus. Ubi obiter notandum, testimonium hoc Judæorum pro trinitate esse luculentissimum, si liber ille Rabbenu Hakka-dosch indubia fidei esset. Vocant item נָרוֹת וְהַנְּכָבֵר nomen terribile & venerandum, & multa mysteria superstitione eruunt ex eo. Primo enim non scribunt expressis literis in ullo loco extra biblicum codicem, ne si forte liber profanaretur, inviti blasphemiam committant. Hinc in precationum libellis

libellis pro quotidiano usu scorsim excusis (ג) adempto fulcro
in (ד) convertunt, & corruptè scribunt. In Targum יְהוָה &c.
In בְּרִזְבִּישִׁים seu commun. (ה) h. e. nomen illud magnum
חַתְ' ἔχοντι, cui interdum jod additur יְהִי ex benedicendi for-
mula desumptum. Deinde cum semel scriptum est,
nunquam delent, quod tamen privilegium ipsi cum sex aliis
nominibus אלהים אהוה ארנו שרו אבאות ex illo
Deut. XII, 4. est commune, ut testatur R. Maimonides. Tu-
torum reliquum librum propter hoc inscriptum nomen
penè adorant. Idem Maimonid. Hal. seph. thor. 19. §. 9.
כָּל חֶרֶחֶת כְּשֹׁהָא מְהֻלָּן חַיְבָּר לְעַמְּדָר עֲפֹזֵן h. e. Qui-
cunque cernit librum legis, quando circumportatur, tenetur ipse
assurgere. Porro vas aut suppellectilem, cui nomen hoc sacrum
fortè inscriptum est, non frangunt, quin si forte casu quodam
contundatur, vel in aliam formam arte fusoria transmutetur,
eximunt eam partem, & instar clinodii alicujus assertant. De-
nique non legunt, sed vel synonymis suis circumscribunt, vel
per consonas יְהֹוָה וְיְהֹוָה efferunt, ut plurimum vero per nomen אֱלֹהִים.
Nec Judæi tantum, sed ex vetustissimis patribus nonnulli, il-
lud vocant αἰενφώνητον vel proprie diuinæ majestatis αἰατα-
ληψίαν, vel ratione linguae Græca, quæ caret literis, quibus no-
men Jehova pronunciatur, imo & nomine, quod huic aqui-
pollet. Nam vocem οὐρανὸς quod spectat, B. Hun. de Trinit. af-
firmat, ei in tantum, non in totum respondere. Vel ut innu-
erent non leviter & temerè hoc nomen esse pronunciandum,
quo tamen hodierna Judæorum superstitione non stabilitur. Vel
denique, ut autumat Galatinus, ob mysteriorum sub eo nomine
latentium sublimitatem. Ut enim nihil nunc dicam de Cabba-
listarum cogitationibus, quas collegit Galatinus l. 2. de Arcan.
Cath. Verit. c. 11. seqq. certum est proprium Dei esse nomen,
adeoque ipsam ejus essentiam exprimere: quod etsi pauci qui-
dam Grammaticorum cum Calvinio in Instit. c. XIII. §. 9. Dru-
fio, Zambio lib. 5. de tribus Elohim c. 5. negant præter rem ta-
men existimamu. Hinc pleriq; deducunt ex verbo יְהֹוָה vel
quod existentiam & essentiam notat, Fuit. Ubi Jod nonnulli
volunt

volunt digitum intendero , ad illud effatum divinum , quo
DEUS se Mosi assuturum pronunciavit Exod. III, 4. inde ob
certissimam fiduciam auxilii de se concipiendam , Deum sibi
hoc nomen elegisse , & ex יְהוָה hoc suum nomen formasse.
Ideo repetitus illud אֶת־יְהוָה , quod R. Salomo sic exponit : Ero cum
eis in presenti tribulatione , qui ero cum eis in afflictione reliquorum
regnorum : quo in loco tenent non tantum Ebræi Commenta-
tores , sed & nostri æternitatem Dei ista phrasi significari . Fu-
turum enim tria tempora complectitur , sicut & Thalmudistæ
dicunt , תְּרִיוֹן trium temporum differentias in se continere , præ-
teriti , presentis & futuri , quanquam Drusus comm. in Exod. III.
v. 14. cum Paulo de Sancta Maria , Episcopo Burgensi , melius
per Sūm , quām ero , reddi putent , cum esse in presenti maximè
competat DEO , cuius esse nesciar præteritum , item æternitati non
competat præteritum & futurum . Addit Avenarius : Significat εὐ-
Φατιλότερον essentiam illam unam divinam , qua ab aeterno fuit
est & erit sine ullâ mutatione in aeternum & in secula seculorum , à
quo omnes creaturae , in creatione prima , suam essentiam acceperunt ,
habent ac juxta liberrimam voluntatem suam , velut in esse , conser-
vanteur vel abolentur , vel una in aliam mutatur , quod ut quem &
qualem ipse se promisit & parescit verbo suo , ita etiam cum ac talem
re ipsa & facto declarare & exhibere velit . Paulus quoque Fagiis
Ebræorum literarum peritissimus ad Exod. VI, 3. ita commenta-
tur : Illa videntur mibi non absurdâ , quod Hebrei dicunt , hoc sacrum
nomen esse ex verbo יְהוָה , quod esse & subsistere significat , non tam
inde quod à seipso aeternus existat ; sed & quod omnibus creaturis su-
um esse largiatur Act. XVII. Eadem litera חַיָּה status ab Ebr. di-
cuntur , ad indicandum , quod solus DEUS est , qui spiritum & fla-
tum omnia vivificantem suppeditat : Similiter & quietis litera ab il-
lis dicuntur , ad innuendum , quod in ipso vera & solida quies , b. e.
æterna felicitas consistat ac conquiescat . Sed ut plura in eam rem
addamus , operæ pretium non est , imprimis cum hæc à nostrisibus
aliisque tam solicite & diligenter excussa omnia jam pridem sint ,
ut post tantas tantorum virorum curas aliquid adhuc scribere
velle , sit vero tanquam prælio jam depugnato aciem in-
struere .

משמעים

מִשְׁמֵי Detalis. Priusquam phrasem, hujus sensum attingamus, in ipsis vocabuli derivationem, formationem & significationem inquirere necessum arbitror. Et quod ipsum derivationem attinet, nimium est incerta, & dubium apud interpres, quid potissimum asserendum. Vid. Glasf. l. 3. Gram. S. pag. 82. 1. Quidam deducunt id ipsum à שֶׁם nomen, id quod facit cum R. Kimchi Pagninus in Epitome radic. verum contra omnem analogiam ac rationem, quid enim nomini cum cœlo? nisi forte esset respectus ad metonymicam acceptiōnem, quia DEUS per cœlum ionuitur & per nomen; verum & hæc ratio longius est petita, nec vim vocabuli satis exprimit. 2. Quidam derivant à שָׁנָה & טַהֲרָה, vel quod aquæ in cœlo suspensa stupendo modo hærent, donec DEI iussu & nutu demissa fuerint: vel quod homines ob tam insigne opificium obstupescant: in qua sententia est Mercurius. 3. Quidam ut Talmudici statuunt esse compositum ab שָׁנָה igne & יְמִין aqua, quod ex illis facti sint cœli, quæ sententia quidem Philosopho est opposita, neganti cœlum ex Elementis esse conflatum. 4. Quidam componunt ex שֶׁם ibi & יְמִין aquæ; quia dicit Deus Gen. V, 6. fiat expansum in medio aquarum & distinguatur aquæ ab aquis, & factum est ita, & vocavit DEUS expansum שֶׁמֶן, ac si diceret: ibi aquæ, & ut conjunctio fieret duorum (ב) sublatum est unum, quemadmodum factum est in dictione יְרֻבָּעַת composita à dictiōnibus רַבְעַת יְרֻבָּבָב Jud. VI, 31. Sic קָרְבָּן ex patre suo; sed hæ sententiae plerique una fidelia possunt obduci. (1.) enim Ebræi compositas voces non agnoscunt, nisi in propriis nominibus. (2.) Illud וְ deberet compensari pef Dagesch forte, quod tamen non sit. Non desunt etiam, qui derivant à Syriaco שֶׁמֶן vel שֶׁמֶן, hoc est, nomen impo'ni, unde suum deducunt Syriaci שֶׁמֶן. Idem facere videntur Chaldaei eandem retinentes vocem. Nos radicem ejus cum plerisque deducimus ex Arabico شَمَاء, unde Ebræum, si usitatum esset, foret شَمَّة altum esse. Inde שֶׁמֶן cœls, quod in altissimo loco à DEO sint collocati. Non tamen putandum est, ac si Ebræa lingua ex Arabicâ tanquam

antiquiore vel matre opus habeat radices suas petere , sed
quia procul dubio apud Ebræos quoque verbum illud מִשְׁׁמָה ,
altum, excelsum fuit , in usu olim fuit, neque tamen in codice
Biblico (in quo sanè omnia in universum vocabula Ebraæ &
omnes eorum formationes ponı non potuerunt) occurrit,
hinc diximus Radicem eam inusitatam. Mansit autem illa
ipsa, ut & multæ aliæ voces, in linguis cognatis , qualis est A-
rabica , hinc ex iisdem jam denuò repetimus. Formationem
quod concernit; etiam illa incerta est. Alii volunt esse singu-
lare , qui simul בַּדְבִּר singularis numeri esse statuunt , & pro-
bant ex Job. 38.33. Ubi huic voci additur affixum singulare .
Hieron. annot. Drusio in L. L difficult. dicit esse plurale. Abentzri
vero, Drusius, & alii, dualis numeri esse statuunt , & recte. Nam
Jobi quod attinet, est ibi enallage num. consueta , & probari ex-
inde nihil potest. Pariter enim probarem græcum ἥγετοι esse
sing. num. quia Phil. III, 20, dicitur ἔξι (præcesserat εἰς ἥγετοις)
item בְּסִילִים (stulti) esse sing. num. quia sequitur prono-
mena sing. וְ(וְעַמְּנִים) Eccl. X, 15. Similia exempla enallages
sunt Deut. XXI, 10. Ps. XXXV, 8. Non autem ideo dicitur esse
dualis numeri, quod duo sint cœli, uti vult Drusius. Nam dualis
numerus apud Ebræos non semper pluralitatem, sed quandoque
unitatem, pluralitatem , aut dualitatem notat, de quibus vid.
Glassi. l. 3. Gramm. p. 82.

Significatio hujus vocabuli est πόλυσην, & denotat i.
totam regionem , quæ supra nos est , sive totam hanc molem su-
pra terram aut aquam existentem , quæ partim ætherea, partim
elementaris est , Gen. I, 17, 14, 20. 2. Solum aërem Lev. XXVI,
19. Deut. XXVIII, 23. I. Reg. VIII, 35. II. Paral. VII, 13. Job. I, 16.
c. II, 12. Ps. VIII, 9. Matth. VI, 26. Luc. XIX, 5. c. XII, 56. 3. Regionem
Ætheream, quæ DEI habitaculum propter præstantiam
quandoque dicitur I. Reg. VIII, 27. II. Paral. II, 6. Es. LXVI, 1.
Ador VII, 49. Ps. CIII, 19. 4. Per Meton. ipsum Deum Matth.
XXIII, 22. Sic c. XXI, 25. 5. Cœlites. Ps. LXXXIX, 6. Ps. CXLVIII, 1.
6. Summam dignitatem & lucem cœlestem. Chron. XIV, 12, 13.
7. Felicitatis statum & vitam æternam Matth. VI, 20. Luc. VIII, 22.

Pbil.



Phil. III, 20. Ec. de quibus vid. plura apud Flac. in voce cœlum & Rhetor. S. Glassis pag. 223. seqq. §. Sensum quod spectat, dicuntur hæc de DEO per anthrop. ductâ metaphora forensi à judiciorum norma, ordine, forma & ritu. DEUS cognoscit causam instar judicis, & habita inquisitione comperit omnes ab æquitatis studio recessisse. Ita Gen XVIII, 21. dicitur descendere de cœlo & videre. Pingit ergo David DEUM è summis cœlis quasi è fenestra, quid mortales faciant, considerantem, & hoc valet etiam Hebræorum ἡρών, quod significat prospexit, contemplatus est, tanquam per cancellos clam latenter, ut videntes non videantur Ipsi. Sic. II. Sam VI, 16. Michal filia Saulis ἡρών prospexit Luther: Guckt durch Fenster. Prov. VII, 6. per cancellos meos prospexi, & passim. Sic DEUS clam dum advertit nemo, quando se homines minimè videri, aut ne DEUM quidem esse, qui res humanas consideret, existimabant, prospicet, vel ut puniat, sicut Mundum diluvio Gen. VI, 5, 12. seqq. Sodomam & Gomorram iudicio Gen. XIX. cum quibus conferri possunt Exod. XIV, 24. Thren. III, 50. vel ut misereatur & bonis præmia largiatur. Psal. CII, 20, 11. Deut. XXVI, 18. Ps. XXXIV, 16.

Refutantur autem hic ii, quos vers. I. dixerat DEUM seu providentiam ipsius negare, qui non curare DEUM, nec cognoscere quidem res humanas sentiunt. Notandum hic, quod Augustinus annotat, Dominum prospicere per animas sanctas. Hieron. de cœlo, id est, de sanctis. Remig de cœlo, id est, de Christo Eccl. & alii, qui eos defendunt, dicunt postulare hoc Hebreum ἡρών, quia ponatur in conjug. Hiphil, quod significat, Dominus prospicere fecit. DEUM vero non tantum prospicere peccata hominum; sed etiam Angelis, Prophetis, & Apostolis, ea nota fieri ex revelatione. Hinc Prophetas dicunt videntes dictos. Verum t. sensus hic non est literalis, frivolum igitur esset à litera discedere, cum nulla nos urgeat necessitas. Deinde plerique Patres putabant, singulos Psalmos de Christo esse proxime exponendos, quare hac hypothesi dejecta, corruit illud etiam, quod superstructum est. 3. Imò ἡρών in

in Hiphil. nunquam est transitivum, sed simpliciter Activum,
(prospicere) ceu loca etiam allegata satis abunde docent.

בָּנֶו אַרְכָּה עַל super filios hominum, id est, homines, pleonasmus hic est, ut plenius hoc nomen apponi etiam solet. *Ps. XII, 4.* Nos iterum hoc generaliter exponimus, & de toto genere hoc dictum putamus; vocat autem filios hominum, non quoad molem corpoream & animam rationalem, sic enim & Christus dicitur filius hominis; sed quoad generationis modum inde à lapsu primi hominis ordinarium **מִן הָרָמָה** homo sic dicitur, quia sumptus *Gen. II, 6.* & notat vel certum individuum in sexu masculino, ut *Gen. V, 3.* vel hominis speciem, utrumque sexum completestem, ut h. l.

לְרֹאֹת ad videndum, id est ut experiretur oculari velut demonstratione; utitur hic David iterum eleganti prosopopeia, qua usitato Scripturæ more tribuuntur D. E. O. forma aspectus & gestus humani, non quod in divinam majestatem tales inclinationes corporeæ aut gestus cadant: DEUS enim est spiritus *Job. IV, 24.* Sed utitur Spiritus S. sermone à nobis & nostris rebus sumpto, ut se ad captum imbecillitatis nostræ accommodet; & explicatur ergo hic visitatio DEI judicaria, quam instituit de natura & moribus hominum, ducta metaph. ab hominum scientia, quæ tum demum est certa ac infallibilis, quando his oculis aliquid nos vidisse dicere possumus. Visitationis autem hujus duos facit actus, *Examen & sententia dictio[n]em post examen.* Examen exprimitur his sequentibus verbis:

רוֹשׁ מַשְׁכָּל Num esset intelligens, h. e. vera Dei hominisque notitia instructus, opponitur enim hoc loco intelligens stulto, qui in rebus spiritualibus atque ad salutem nostram attinentibus prorsus est cœcus ac rudis. Radix est **מַשְׁכָּל** ex prudentia prosperos habuit successus, *I. Sam. XVIII, 30.* in Hiphil, ad intelligentiam instruxit, *Dan. XI, 33.* Intelligens ipse fuit *Ps. CXIX, 99.* Rem aliquam attendendo perspexit, v. g. miracula Dei *Ps. LXIV, 10. CVI, 7.* Curam alicujus habuit v. g. pauperis *Ps. XLII, 2.* Ita h. l. designatur intelligens, curamvè ad intelligendum adhibens, nimisrum non circa res seculares, veluti pueri illi Regii erant **מַשְׁכָּלָם** in omni sapientia *Dan. I, 4.* sed spirituales ac sacras, Sicuti sequitur de inqui-

השכין
inquisitione Dei. Sic impii à Deo recedentes vias ejus non intelligunt Job. XXXIV, 27. Conferatur locus de brutis pastoribus Jer. X, 21.

ר ר Requirens (Deum) h. e. sincero sanctoque cultu circa Deum occupatus, eidem sancta fide & mente adhærens. Sicut enim intelligere fuit mentis, ita requirere est voluntatis, in priori vera DEI agnitione, quæ fide sit; in hoc opera dilectionis erga Deum & proximum significantur. Unde prius ad intellectum, fidem cogitationemque, hoc ad operationem & effectum spectare docente Thomas & Hugo. Hinc Gesn. in h.l. duo conjungit: Intelligentiam, qua est in mente, & nihil aliud quam veram Dei agnitionem significat, qua sit fide, & deinde addit; requirere Deum, quod sit voluntate, operibus, dilectionis erga Deum & proximum.

Quærere autem Deum est curare ipsum, hinc rectè Luth. der nach Gott frage. Sic Jer. XXX, 14. Omnes amatores oblii sunt tui, non querunt te, i. e. negligunt. Sic Deum quærere dicuntur, qui ipsum studiose colunt secundum voluntatem ejus in verbo patescam. Quemadmodum II. Chron. XIV, 4. dicitur: Jussit Rex ut quereret Deum patrem suum. Exponitur autem hoc ipso Epitheto, qualem intellexerit in voce משל intelligentiam, nimirum specialem, inque vero Dei cultu occupatam. Huc Versio Chald. אולמן (informationem) à vel coram Dei conspectu. Et hancenus examen, sequitur sententia Dei post examen lata.

כל unusquisq; horum. ^{הכל} est propriè adjectivum universitatem denotans, à radice כל, consummavit, absolvit, & accipitur non tantum distributivè & de quantitate discreta ut Ex. XIII, 12. 13. & passim; Sed & collectivè Ex. XII, 48. πᾶσα ἡ ἀγέλη & de quantitate continua Gen. XI, 1. Joel. II, 18. sic Martb. XXVII, 45. Notat (1.) universalitatem absolutam, à qua significatione temere recessendum non est, præsertim in promissionibus & comminationibus. (2.) Aliquando restringi debet ad subjectam materiam I. Reg. XII 12, 19. ^{מלהים} Gen. III, 18. sic II. Cor. V, 17. γέγονε καὶ τὰ πάντα. (3.) Sumitur pro multis aut maxima parte Psal. LXXII, 11. Pf. XX. I, 30. כָּל־רוֹא. Sic Martb IV, 23. c. IX, 35. πᾶσαν νόσον. Eadem ratio & particulae negativæ Job. III, 32, 33. יְהוָה יְמִינֵת כָּל־אָשָׁר. (4.) Accipitur pro quicunque Joel. II, 1, 5. בְּשֶׁם

בְּנֵי אָרֶם כָּל הַפְּלֹתָן כָּל Sic Mac. b. V, n. 2. עִזּוּזָה
מִנְאָרֶם וְנוֹגָדָה וְנָאָתָה שְׁמָאוֹן. Präponitur h. l. (ה) Emph.
ut digito velut commonstrentur singuli בְּנֵי אָרֶם i. e. tam filii su-
periorum, quam inferiorum, tam viri, quam foeminae, tam eruditii,
quam blebejii &c. & sic præpositio וְ i. confirmatur & declaratur,
quales in conspectu Dei apparent homines, nempe omnes atrocis-
ter esse corruptos.

ר Recessit, defecit, alii declinaverunt, sc. à via recta, hinc R.D.K.
in L.R. dicit homines hic vacca comparari, quæ reclam viam non
ingrediuntur. Verum elegantior & venustior est vis & idiotismus
verbi recedere, quod ab Ebrais de vino usurpatur, quando atescit,
aut evanescit & in vappam resolvitur, uti ex Hosæ IV, 18. ubi ita le-
gimus: סְרֵךְ recessit vinum eorum, & Jerem. c. II, 21. constat.
Quando mutata es mihi in degeneres palmites vitis alienæ &c.
Verbum igitur hoc his in locis nihil aliud significat, quam eam
pravitatem, quæ vino inesse solet. Græci hujusmodi vinum dicunt
εξενωσις, & Cicero vinum fugiens appellat. Cōfirmat etiam
hanc verbi recedere significationem verbum subsequens, quando
dicitur רְכָנְצָרְנָא וְכָנְצָרְנָא rancuerunt, rancidi facti sunt, quæ metaphorā à ci-
bo desumpta eleganter insequitur illam, quæ à potu deducta est.

Denotatur igitur hic recessus à vero DEO, quem querere de-
bebant, ceu habent verba proxima &c. רְכָנְצָרְנָא Ita Hiskia יְרֻבָּק
adhæsit domino neque רְסָרְנָא declinavit ab eo II. Reg. XVIII, 6. I. Reg.
XV, 5. c. XXII 43. opponitur verbo רְכָבְקָה indivulgé adhæsit II. Reg.
VI, 3. c. XVIII, 6. Sic Josia non רְסָרְנָא neque ad dextram neque ad
sinistram. II. Reg. XXII, 2. Huc Ezech. VI, 9. Corerum forni-
cans רְסָרְנָא declinavit à Jehovah P. L. III. habet וְ retrocessit, alius fa-
etus est, sed significatum idem est. Qui enim juxta Dei prescri-
ptum vivit, ille ceu servus Dominum suum sequitur, qui illud con-
temnit velut ab ipso sequendo se avertit & alio desecrit.

וְיָדוֹ Una vel pariter ipsi; qua particula æqualis humanæ
naturæ, per lapsum, corruptio indicatur, cui h. l. apponitur affixum
(ו) ad כָּל spectans. Lutherus: Sie sind allesamt untüchtig.
Vulgata simul. Photin zugleich/ quod hic non tempus, sed personas
comprehendit, scut res & non durationem notat, quando omnia
simul

simil Deus creavit. Eccl. XVIII, 1. Ps. CXXXIII, 1. fratres habitare
simil i.e. concorditer, unanimiter, dicuntur. Estq; particula συζευ-
σιν, ut ita nemo hominum excipiat, quod ipsum innuit quoq;
negatione ne unus quidem, cuius major est emphasis, quam affirmati-
onis.

נַלְחָן Putridi vel foetidi, alii rancidi facti sunt, sumpta Meta-
phora à cibis foetidis & rancidis, à quibus omnes abhorre solent,
ideò etiam à R. Mard. Nathan in Concordantiis exponitur per
שְׁבִכְבִּיכְבָּשׁ foetuit. Verbum autem hoc ter tantum in sacro codice in-
venitur, nimirum h.l. Psal. LV, 4. & Job. XV, 16. ubi jungitur cum
הַרְעָב abominabilis, nauseam creans, quem nimirum nemo digna-
tur auditu, visu, familiaritate, contactu, qui nihil habet boni, aut
pulchri, quo vel Dei vel Angelorum oculos allucere possit, insunt
vero in illo multa, à quibus tum Dei, tum angelii abhorrent, uti ele-
ganter sic exponit Pineda in Cap. XV, Job vers. XVI. Syrus
אֲלָמָיו & reprobis facti sunt, quæ ipsa verbi forma habe-
tur in N. T. Rom. III, 12. Ebr. II, 12. 17. à radice פָּתַח rejectis, re-
probavit, sprevit. Chald. פָּתַח שְׁלֵמִים pigres vel segnes facti sunt, &
juxta alios (ut supra) putruerunt factuerunt, ducta metaphora à
putredine, quæ lædit aspectum & odoratum. LXX. & Paulus Rom.
III, 10. reddiderunt χρεώθειστα: Spuma in star putruerunt. Vul-
gata Lut. 1. Piscat. inutiles facti sunt. seynd untüchtig worden. Pho-
rin. unniß/quia, quæ putrida & foetida, tanquam inutilia rejiciun-
tur. Estque hæc Metaphora opposita phrasi, quæ roties in scri-
ptura de sacrificiis intuitu meriti Christi oblatis occurrit. Odora-
tus est Dominus odorem suavitatis Gen. VIII, 21. & Lev. I, 1 & II. Et
notanda h.l. est enallage Numeri inter verbum singulare ס &
nimirum qui nomen est collectivum.

טוֹב אֵין עָשָׂה. Nemo faciens bonum Hebraismus hic no-
tandus est, cum verbale latet in ipso verbo, ita ut dicamus; fa-
cere bonitatem, i. e. opus bonum, sicut dicimus facere verita-
tem, i.e. opus Veritatis. Ps. XIII, 4. ne dormiat mortem, i.e. dor-
mitionem seu somnum mortis. Num. XI, 4. non solus possum
portare populum, i. e. onus omnis populi. LXX. senes reddi-
derunt χειρόντα, & Apostolus Rom. XIII, 12. quod procul dubio
eam

eam ob causam factum est, quod noverunt vocabula hæc τὸ ἀγαθὸν & τὸ χειρόν promiscue usurpari apud Græcos, Platonem, Aristot. aliosque. Item Theophr. ἀγαθὸς τῆς ιερᾶς νόσος utilis adversus comitialem morbum. Et ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἔλιη. Poterat & ob hanc forte causam id accidere, quod absque punctis ΚΑΙ leverunt pro ΚΑΙ, quod significat utilitatem. Repetitur autem hic eadem sententia, quæ vers. 1, nimirum ob rei certitudinem deploratamque corruptionis pravitatem indicandam, cuiusmodi repetitio eorundem verborum est, etiam in lugubri illo carmine. II. Sam. I. 19, 25, 27. Conferantur loca Lev. XVIII, 7, 9, 10, 11, 15. Ps. LXXVII, 17.

Hoc autem membrum negativum, *Non est qui faciat bonum*; superfluum aut otiosum non est, quod antea verbis affirmatis fuit significatum, *declinaverunt*, *putruerunt*. Ex Ebræorum enim consuetudine loquitur, qui per synonyma opposita & negantia certitudinem & gravitatem rei exprimere solent, ut Exod. IX, 19. c. 12, 20. Deut. XXXII, 6. c. 18, 13. Vid. Glass. l. 4. p. 676. Præterea hac negatione spiritus S. ostendit, quod justum & injustum, sapiens & stultum immediata oppositione pugnant in spiritualibus, ita ut non recipiant aliquod medium, quasi sit inter homines, qui nec justus, nec injustus sit, sed non-justus & non πεποιητος naturā aptus ad recipientium vitium vel virtutem. Ethice quidem & politice datur medium inter bonum proæreticum, quia habitus morales, qui spectabantur in rebus civilibus & externis, neque mali, neque boni nobiscum nascuntur, sed consuetudine attrahuntur, ideoque in pueros non cadit vel virtus vel vitium, & inde oriunda actio vel viciosa, quam philosophus nominat miseriam, vel actio secundum virtutem, id est, felicitas humana; sed medium, quod negatione utriusque extremi exponitur, in eas cadit, ut dicantur non-justi, non-felices. In Theologia verò longè se aliter res habet, ibi enim spectatur malum non tantum ut actio voluntaria, sed etiam simpliciter, ut est ἀνοίκα, id est, pugnantia cum lege DEI, sive illud sit actio, sive qualitas spiritualiter prava ipsi naturæ inhærens. Atque ita peccatores sumus omnes & tales esse mus quoque, si vel maximè actuale peccatum non committeremus

mus, sumus enim naturâ filii iræ, sicut concludit Paulus *Eph.* II,
3. postquam hominem dixisset carnem, & in duas partes divisisset.
in Carne n speciatim h̄c dictam, quam vocant ἀλογον partem, &
in diabolis seu cogitationes, quas Ἰόλογον vocant philosophi.
Atque ita nihil homini reliquisset neutrum; de quibus deinde in
controversiis plura.

MEMBRUM SECUNDUM.

QUAEST. I.

De quibusnam hominibus Psaltes hic loquatur?

Non una eademque omnium de hac quæstione est sententia, & si unquam alias, certe hic vel maxime variant Interpretæ. *Judei* & *Rabbinæ*, inter quos *AbenEzr.* & *R. D. Kimchi*, in gentes, quibus *Israël* hodie servit, compositum autumant. *Lyra* & *R. Salomon*, item *Anshelmus*, exponunt de *Nebucadn.* qui verbis & factis DEUM *Israël* blasphemavit, quando nimisrum templum ejus incendi jussit, quod si eum verum DEUM existimat, non fecisset; uti legitur *Jerem.* LII, 13. *Pf.* autem LIII, iisdem pene verbis constantem, de *Tito*, qui etiam Templum devastavit, loqui autumant. Alii putant de *Sennacherib* hic esse sermonem, qui per nuncios & literas blasphemavit DEUM, dicens: quod non possit *Ezechiam* eruere e manibus suis, & sic negasse divinam potentiam & per conseq. Deum ipsum; qui idem cum sua potentia II. *Reg.* XIX, 10. Alii de *Antiocho*, qui verum Deum se ignorare ostendit, quum ædificaret abominandum Idolum desolationis super altare, sicut legitur I. *Maccab.* I, 57. seqq. *Piscator*, *Bucerius* & alii exponunt de *Saule* & impiis ejus consiliariis, qui Deo derelicto pythonissam consuluit, & à quibus David & socii ejus misere tractati, & non aliter ac captivi habitis sunt. Alii iterum aliter de *Judeis* contemptoribus & persecutoribus Christi explicant. Quia, inquit, *Judeus* Christum contemnens Deū negat generaliter, quod *Sennacherib*, *Nebucadn.*

¶ alii non fecerunt. Illi enim non negabant Deum generaliter, quia colebant Deos suos, ut patet ex c. III. Dan sed negabant Deum Israel esse verum Deum potentissimum. Iudeus autem generaliter Deum negat, quia omnes Deos ceterarum nationum negat, dicens: Omnes Dii gentium Demonia; & in hac sententia sunt Haymo, Bruno, Glosa, & alii.

Verum Davidem non loqui de certis tantum individuis aut individuorum speciebus, id est, aliquibus suo tempore, aut maximam partem saltem impiis, neque unius aut alterius seculi depravatos mores perfstringere (quæ sententia Bucero placet) sed in Universalem deperditam filiorum Adami nationem, hoc est; omnes in universum homines inveni, & perpetuam naturæ eorum corruptionem accusare, probbo.

I. Ex Psal. hujus scopo & literæ claro sensu, qui est, quod omnes homines peccati reos arguat, & eis in genere omnem iustitiam (operum sc.) propter imperfectionem actionum & àdivauias virium humanarum derguson. Nam (1.) illi qui h. s. peccati accusantur & convincuntur, sunt Filii hominum, non tantum Judæi (quos Augustinus honoratus propter unius Dei cultum appellavit filios hominum, in comparatione gentilium, quibus attribuatur superius dictum; dixit insipiens) sed in genere omnes omnino homines, qui ordine naturæ ex protoplastis nati sunt. Id quod plurima scripturæ S. testimonia evincunt. Sic II. Cbron. VI, 30s dicitur, quod Deus solus cognoscet corda בְּנֵי אָדָם filiorum hominum, id est, omnium hominum Psal. XI, 4. XXXIII, 13. CXLV, 12. &c. (2.) Vitiositatem horum filiorum hominum exaggerat David à totalitate subjecti, per particulæ Syncategorematicas (α) per notam Universalem affirmantem distributivè sumptam: Omnes declinaverunt: in Hebreo est לְכָל OMNIS IPSE, id est, unusquisque ex filiis hominum declinavit. Nam ἡ prefigum & emphaticum & relativum est, quo cœu digno demonstrantur ii, de quibus sermo est in verbis antecedentibus, nempe filiis hominum; atque ita hoc signo universaliter singuli ex filiis hominum declinasse arguuntur. (β) Per particulam collectivam SIMUL in Hebreo est לְכָל una vel pariter ipsis, notans congrega-

gregationem hominum singulorum in universum, ideoque sub forma nominum pluralium & cum affixo ὁ hæc conjunctio ponitur, quasi dicat: unum notis omnes putuisse notis.

(γ) Per exclusivam negantem: *Non est etiam unus.* LXX. vertunt γν̄ ἐστιν ἡώς ἐνός; non est inque ad unum, i. e. ne uno quidem excepto, non sunt sapientes. Phrasis enim hæc, uti in analysi quoque dictum, non indicat exceptionem, sed simpliciter negat homines esse sapientes, utiles &c.

II. Probo ex scripturae parallelo *consensu*, & imprimis ex c. VI, 6. & 12. & c. VIII, 22. *Genesios*, ex quibus psaltes primam hanc sui cantici partem desumpsisse videtur. Nam caput VI. proponit exemplum prioris Mundi, & commemorat, DEUM vidisse, quod magis magisque quotidie cresceret malitia hominum in terra & omne segmentum cogitationum cordis ejus tantummodo malum esset omni die. Cujus dicti occasio etsi in specie Cainitarum malitia fuerit, de qua proprie dicitur multa est malitia, ipsuni tamen dictum generale est, omnes homines involvens. Causam enim fontem & radicem in istis & omnibus aliis hominibus monstrat, quando statim subjicit: *Omne segmentum &c.* i. e. quicquid homo animo fungit, molitur, machinatur. Et ne ad solos impios, qui ante diluvium fuerunt, hæc sententia restringatur in c. VIII, 21. repetitur, cum solus Noa justus cum suis in terra viveret; & ad totum genus humanum accommodatur; segmentum cordis malum esse à pueritia; ubi imprimis emphaticum est Hebreum 7. 10: quod ipsam hominis naturalem propensionem, omneque desiderium hominis exprimit; & hoc omne dicitur esse tantum malum, h. e. non nisi malum, null' a ex parte quicquam boni in eo fuisse. Sæpè improba sunt & scelerata hominum opera, & tamen eorū non plane malum & mica bonæ mentis superest, at hic etiam fontem operum, eorū malum & corruptum fuisse ait, & quidem à pueritia, i. e. quam primum incipiunt dies nostri, uti Dn. D. Gerb. Tom. II. p. 403. explicat.

III. Probo ex *Apostoli Pauli assensu*; Nam quando ille in vers. 9. c. III. Rom. demonstrare vult, omnes peccasse, & aliena justitia scil. CHRISTI opus habere, citat v. 2. & 3. hujus Psalmi, haud ob-

scure innuens, qui sunt ij, quos psaltes declinasse & iniutiles factos affirmet. Finis enim Apostoli est, ut doceat omnes obligari lege, omnium os obstrui, & totum Mundum propter peccatum damnationis reuin esse, atque ita tam Judæos quam gentes includit. Quia autem conclusio Apostoli est generalis, quod æquali ratione gentibus gloria DEI destinatur accensendi sunt Judæi, utpote & ipsi peccatores. E, & medium apodicticum ex his & aliis locis V.T. ab Apostolo usurpatum erit universale, nec respiciet personas certas & facta ac tempora particularia. Nam si ita exponetur Ps. tunc Apostolus propositum suum non obtineret, & tota vis argumenti ejus periret, eo quod à particulari ad universale, à quibusdam malis, ad omnes malos non valeat conseq.

Quod autem Photiniani *Socinus in annot. LL. Papistæ Genbrardus & Jansenius ad Ps. 14. Arminiani, Corvinus contra Molinetum c. 33. §. 10.* ad crassos peccatores, atheos, & ad habitum malitiaæ crebris actionibus comparatum, hæc restringunt; Prophetam nempe loqui de iis, qui sunt negantes DEUM, ideò de his seqq. versiculos esse exponendos: Illud partim aperte falsum est, quia Apostolus Rom. 3, uti jam demonstratum, sequentes istos versiculos de omnibus exponit, unde sequitur, non excludi naturalem & originalem laborem; partim etiam à nobis infra questione 5. est laius confutatum.

QUAERITUR. II.

An ex b. l. notitiæ innatae impugnari possint,

& an detur notitia de Deo naturalis?

Esse aliquod supremum Numen, quod totum hoc universum regat pariter atque gubernet: illudque ad salutem scitu & creditu necessarium esse, non tantum Ebr. XI, 6. expresse dicitur, sed & Adversarii ultro & aperte id fatentur. *Socinus, Oforodus I. 1. Inst. c. 3. Völkelius l. 1. de vera Rel. c. 1. aliisque.* De principio autem, unde illud constet, non æque apud omnes certum est. Pierique ex Adversariis, *id non ex natura, neque consideratione*,

CREA-

creationis, sed fama constitisse ajunte; siquidem DEUS se se ab initio
hominibus manifestaverit. Ad quorum autem animos id non perve-
uerit, illos prorsus nullum opinionem vel cogitationem facile habere
de aliqua Deitate. Quibus etiam accensendi Tostat. in t. 5. Exode
Flac. p. 1. clavis in voce Lucis Col. 563. Vorstius in Ereg. Apol. c. 1.
Bellarminus quoque l. 4. de gratia & lib. Arb. c. 2. idem tribuit
Calvino l. 1. Instit. c. 2. & l. 2. c. 2. & Tilem. Heshusio lib. de Erro-
rum pontific. tit. de lib. arb. n. 11. Sed Calvinum ipsa ejus libri in-
scriptio DEI notitiam hominum mentibus naturaliter esse insitam
excusat satis: Heshusium sola inspectio loci; quippe qui concedit:
esse naturalem notitiam, eam tamen non sufficientem ad salutem.

Nos autem, ut breviter quæstionem ipsam solvamus, adver-
sariisque respondeamus; sentimus cum B. Augustino Comm. in
Pl. 34. Duo esse, quæ in cognitionem DEI ducant, creaturam & Scri-
pturam. Ex illa deducta notitia DEI est vel επιστῆμος seu innata,
oriturque ex νονταῖς ἐννοίαις, per quas communis illa & anti-
cipata notio, quod sit DEUS, hominum omnium mentibus na-
turaliter est inscripta. Vel επιστῆμος seu acquisita ex contempla-
tione creaturarum, vi naturalis discursus à mente humana colle-
cta. Ultraque tamen notitia DEI generalis tantum est, non pro-
pria aut salvifica, ut recte B. Luth. in 4. Ep. ad Gal. Tom. 4. Iar. Je-
nens. p. 128. distinguit: *Duplex est cognitio Dei*, inquit, *generalis*
& propria: *generalem habent omnes homines*, scilicet *quod Deus sit*,
quod creaverit cælum & terram, *quod sit justus*, *quod puniat im-*
pios &c. Sed quid Deus de nobis cogite, quid dare & facere velit, ut
a peccatis & morte liberemur & salvificiamus (que propria & vera est
cognitio Dei) homines non noverunt. Ut scripsi potest, *quod aliquis mibi*
notus sit facie, quem tamen verè non novi, quia non intelligo, quæ sit vo-
luntas ipsius erga me. Ut autem sententiam nostram ex hoc ipso
Psalmista loco probemus, reperimus hic pauca, quæ superius ex
B. Luth. ad vocem בְּנֵי יִשְׂרָאֵל sunt dicta; בְּנֵי הַנָּאָרִים stultos iudeo-
lolatria & alieno cultu Deo abominabiles fuisse factos, qui licet
malus & falsus sit, certum tamen est, quod sit signum alicujus
γνώσεως de existente supremi numinis divinitate. Inde tale con-
tra Adversarios ex h. l. nestimus Argumentum:

Omnis Idololatæ habent cognitionem & sensum existentis
divini Numinis.

At qui נָבָלִים isti, & plerique adeo gentiles ante specialem re-
lationem sunt Idololatæ.

Inde recte iterum Lutb. in c. 4. ad Galat. Nam hinc, quod na-
turaliter homines hanc propositionem tenent: DEUS EST, nata est
omnis Idololatria, que sine cognitione divinitatis non venisset in
Mundum. Quia vero homines hanc naturalem cognitionem de DEO
habebant, conceperunt extra & contra verbum vanas & impias de-
Deo cogitationes, quas amplexi sunt pro ipsa veritate, atque ita finxe-
runt Deum aliter, quam natura est. Et iterum in Comm. hujus loci
Tom. 2. lat. Jerens. p. 142. Omnis filius Adam est נָבָלִים iste i. e. filius
& idololatæ ignorans DEI. Non autem hoc intelligendum est, quæ
proprietatem nihil de Deo sciant, cum Rom. 2. doceatur, Nomen DEI
esse manifestum omnibus. Nisi enim esset notitia divinitatis inextin-
guibiliter omnibus hominibus indita, nunquam fuisset idololatria in-
venta &c. Hinc Apostolus Rom. 2. 14. gentes naturam, quæ legis, face-
re asserit, non quod origo gentium ibi denotetur; quomodo di-
cuntur οὐτε ἰδαῖοι Gal. II. 15. οὐτε θεοὶ Gal. 4. 8. Sed princi-
pium agendi, quod est naturæ instinctus, uti invicte contra Armi-
nianos Per quam Rever. & Excell. Dn. D. Hulsemannus diff. 2. de auxil.
grat. demonstravit. Si qui autem non ulterius inquirunt, Deum
que vere, & prout vult, non colunt, αὐτοὶ λόγοι sunt, ut rursus
dicitur Rom. I. 21. per hanc enim solam ad gratiam & gloriam ne-
mo hominum peryenit. Etsi vero hoc Patres quidam asserere non
dubitarent, magis tamen excusationem merentur, quam quod
Zwinglius, Bullingerus, Tigurini, Lavaterus, Tossaus, Gualtherus
&c. Catones, Scipiones, Camillos, Hercules, Numam cum
beatibus coelitus in vita æterna collocare solent. Inter quos etiam
est Erasmus, qui Ciceronem adeo extollit, ut in Praefat. sua in Tu-
scul. ejus quæst. tandem in hæc erumpat verba: Ubi nunc agat ani-
ma Ciceronis, fortasse non est humani judicij pronunciare. Me certè
non admodum adversum habituri sunt inferendis calculis, qui spe-
rant, illum apud superos quietam vitam agere. Idem etiam alibi: Ego
non nunquam offendō quadam vel dicta a veteribus, vel scripta ab Etho-
nicis

niciis etiam Poetis, tam castè, tam Sanctè, tam divinitus, ut mihi non possim persuader, quin peccus illorum cum illa scriberent, Numen aliquod bonum agitaveris, & fortasse latius se fundit Spiritus Christi, quem nos interpretamur, & multi sunt in consortio sanctorum, qui non sunt apud nos in catalogo. Similia habet Ludov. Vives in lib. 10. Augustin. de Civ. Dei, cap. 23. & lib. 18. cap. 47. Verum enim vero, ut his confutandis diu immoremur, operæ pretium non est, cum hæc passim ad skeleton usque à nostris B. Huttero & Sigyvarto contra Irenicum Paræi, Gerbardo passim, Baldino in Epistolam ad Röm. Brockman. aliisque eviscerata prostant, potius est, ut ad Photinianorum objectiones, quas ad hunc nostrum locum proferre solent, respondeamus. Cum primis autem Socinus in Praelectionibus: Sacra literæ, inquit, refantur, aliquos esse, qui Deum esse non credant. Psal. X, 4. XIV, 1. LIII, 2. Quos eisi stultos appellant, non tamen naturales animæ facultates sensum communem eos destituuisse significare volunt, sed vera sapientia eos prorsus carere. Vero autem sapientia minimè naturalis est; sed ratione aliqua comparatur. Idem porro: Non singuli tantum homines, sed integri populi inventiuntur, qui nullum penitus sensum aut suspicionem divinitatis alicujus habent. Hi sunt in novo Occidentali orbe in Brasiliæ provincia, ut Historici tradant, mibique vir fide dignus sancte affirmavit, qui in ipso loco aliquandiu fuerint; sed & alibi quoque ejusmodi gentes reperiuntur, Indie recens historia testatur. Hec Socinus l. c. qui idem repetit in de Auct. Script. c. 2. pag. 46. & Ostor. in Instit. Germ. c. 1. p. 19. 11. Cui respondemus i. Quod à DEI negatione ad tollendam ejus notitiam male concludatur. Nam & illi, qui profantur, se scire Deum, factis & in corde negant Tit. I, 16. quales multi alii sunt in populo Dei & Ecclesia Psal. XCIV, 7. Ps. X. n. CVI, 2. Qui tamen Deum nescire non possunt. 2. distingo cum B. Gerardo inter simplicem, ignorantiam & malitiosam ejus negationem. Quod enim quidam NEUM negant, id per excepcionem Diaboli, per affectuum vitiosorum prædominium, per effectuum malitiosorum interventum, illis accidens solet. Unde & de Gentibus dicit Aposto-

Apostolus Rom. I, 18. quod veritatem Dei violente & contra-
conscientia testimonium in injustitia detinuerint. 3. Exem-
pla Brasiliarum aliorumque in novo orbe quod spectat: ut
non sequitur, in infantibus ratio operationes suas actu secundo
non exerit, ergo eam nullo plane modo habent: Item, ego
non novi, quo mortis genere Socinus in Polonia diem suum
obierit, ergo plane nescio, eum esse mortuum: Ita nec hic ulla
est consequentia ab actu secundo & exercitio recto ad actum
primum. Potest enim ob supervenientia certa impedimenta
exercitium alicujus ad tempus deprimi & suffocari: deinde
quoque rerum Novi Orbis scriptores, qui à nostris magno nu-
mero laudari solent, contrarium diserte attestantur. Imò, quod
maximum est, generalia illa spiritus sancti effata Matth. XXVIII,
19. Marc. XVI, 15. Ps. XIX, 5. Rom. X, 18. testantur, etiam illis Ev-
angelium ab Apostolis fuisse annunciatum. 3. Indi, sicuti &
alii Ethnici complures ignorant quidem, quis & quid sit verus
Deus, cum illi ipsum cacodæmonem, non quidem ut Deum,
sed ut ejus ministrum colant, invocent, poenasque naturaliter
metuant; Quidam autem Solem, Lunam, aliasque creaturas
sibi Deos eligunt, Quæ ipsa Indorum & aliorum Ethnicorum
horrenda idolatria potenter evincit, (uti superius ex Luth.
demonstratum) quod sciant, esse aliquem Deum: Confunditur
itaque quæstio: quis sit Deus, cum quæstione: an sit? Brevi-
ter autem pro notitiis innatis contra ipsos sic argumentamur.
Ubiunque est cognitio aliqua legis divine, & quidem naturalis,
ibi etiam est naturalis cognitio Dei. Atqui teste Apostolo Rom.
II, v. 14. in Ethnici est aliqua naturalis cognitio legis divine. Ei
in Ethnici est aliqua cognitio Dei naturalis. 4. Ab absurdo du-
plici contra Adversarium concludo. Primo enim Gentes quæ-
dam excusabiles coram Deo forent, contra Rom. I, 21. 2. Thess. I,
8. deinde notitia illa de existente aliquo justo Numine aliquando
amitti posset, quod enim fama tantum & externa disciplina ad-
discitur, tamen firmiter non inhæret, ut ea, quæ naturaliter nobis in-
sunt, ut recte Athanas. Tom. I. Orat. 3. p. 208. ait: ο μὴ Θύσει τινὶ αἱ
εἰ μαθήτεως γέοσγέγονε δυνατόν εῖτι καὶ ἀπομαθεῖν ποτε.

QVÆ-



QVAERITUR III.

An Homo in spiritualibus post lapsum
relicquum habeat liberum arbitrium?

Hanc questionem Photiniani ita solvunt: Quamvis ob voluntariam hominum corruptionem naturaliter in plerisque vires sint exiguæ ad ea praestanda, quæ Lex Dei jubet, in omnibus tamen praestandi voluntatem naturâ esse posse, atque adeo in plerisque esse, nisi peccandi affectudine factum sit, ut quis ipso peccato atque iniquitate defecetur. Vires etiam non esse ita exiguae, ut homo Dei ope accidente, si sibi ipsi vim facere velit, Legi divina parere non possit. Ulterius olim progressi sunt Pelagiani & post eos Scholastici afferentes hominem ex viribus liberi arbitrii se posse preparare ad DEI gratiam, facere praecepta Dei, quoad substantiam actus, & plura alia: Nuperum quoque Concilium Trident. Ses. 6. Cap. 3. Si quis dixerit sine præveniente spiritu Sancti inspiratione arque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut panitere posse, sicut oportet, ut ei Justificationis gratia conferatur, anathema sit. Canon. 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium motum à Deo & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti arque vocanti, quoad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac preparet, nec posse dissentire si vult, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passice se habere, anathema sit. Cap. 5. Si quis liberum hominis arbitrium post Ad e peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo iitulo, imo iitulo sine re, figmentum denique à Satana inventum in Ecclesiam, anathema sit. Verum enim verò arbitrium nostrum per peccatum servum factum, captivum, mortuum, scriptura diversis in locis assertit, Rom. VI, vers. 16. c. VII, 23. Eph. II, 1. 5. Coloss. II, 13. Job. V, 25. Inde ipse Magister sententiarum lib. 2. dist. 25. post peccatum, inquit, ante reparationem gratia premitur à concupiscentia & vincitur & habet infirmitatem in malo; sed non habet gratiam in bono, & ideo

F

ideo

ideo potest peccare, & non potest non peccare, etiam damnabiliter. Idem ex August. Enchir. ad Laurent. cap. 20. hæc citat: Servi addicti peccato scilicet, quæ potest esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim servit, qui sui Domini voluntatem libenter facit, ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati servus est. Certum enim est, inquit idem August. de grat. & lib. arb. cap. 2. Voluntatem nostram requiri ad hoc, ut bene operemur, sed illam non habemus ex nostris viribus, sed DEUS operatur in nobis, ut velimus bene operari. Ipse Deus nos convertit Jer. XXXI, 18, 19. trahit Job. VI, v. 44. Vivificat Eph. II, 1. Illuminat Eph. I, 17, 18. Regenerat & renovat Job. III, 5. & I. Cor. IV, 15. aliaque agit, quæ ad hominis conversionem, regenerationem & sanctificationem aut inchoandam aut continuandam & olim perficiendam requiruntur. Virium autem nostrarum in spiritualibus adiuvantibus suis probat noster textus, cum homines vocat stultos, non intelligentes mysteria salutis, quod intellectus; nec Deum requirentes, quod voluntatis est, ut superius ex Gesnero ostendimus. Ita autem ex hoc loco contra Adversarios argumentatur: Quicunque per peccatum ita est corruptus, ut sit abominabilis factus, non faciat bonum, non intelligat aut velit requirere DEUM, ille non habet naturam voluntatem prestantiam iusta legis, ita ut DEUS requirit. Atque omnes homines per peccatum ita corrupti sunt &c.

Ergo.

Hic proin imprimis notamus Coqtinov illud Bellarmini pronunciatum lib. 5. de Grat. & Lib. Arb. c. 6 posse hominem non renatum solis naturæ viribus quadam præcepta moralia secundum substantiam operis implere. Cujus quidem assertionis ille duo affert fundamenta. 1. Quia posse fieri, ut aliquando nullum occurrit homini præceptum affirmativum. 2. Quia fieri possit, ut nulla adsit tentatio provocans ad violanda præcepta negativa. Sed utrumque est falsum. De primo hoc manifestum est, ex mutua præceptorum reciprocatione, quodvis enim præceptum affirmativum includit etiam negativum, & contra v. g. Præceptum negativum: Non occides, non tantum prohibet, ne vitæ proximi

proximi insidias struamus, sed & jubet simul, ut cum serve-
mus, & quantum possumus juvemus, sic in cæteris præceptis
negativis non tantum à malo abstinentia, sed & boni efficacia
postulatur. Secundæ rationis falsitas constat ex peccatio-
riginalis seu concupiscentiaz pravæ proprietate, quæ semper
est actuosa, neque ullum momentum dari potest, quin desi-
deria inordinata suggerat adversus legem DEI. Quare nullius
momenti est etiam illa Bellarmini adversus p. 3. hujus Psalmi
exceptio. lib. 5. de Grat. & Lib. Arbit. cap. 10. §. Tertium. Ne-
minem quidem in statu peccati ita justè vivere, ut totam legem
moralem servet, posse tamen aliquem facere aliquid opus bonum
morale, quo legem persicat. Nam David non tantum conque-
ritur, quod nemo servet totam legem, sed quod nemo etiam
vel unum bonum opus morale, uti DEUS requirit, facere
possit.

QVAERITUR IV.

An detur aliqua Providentia Dei?

Esse nonnullos, qui DEI providentiam Deumque adeo
ipsum existere in dubium vocant, evidentissimè prima nostri
Psalmi verba evincunt, non id quidem ex naturali aliqua igno-
rancia & simplici negatione, sed ex affectata & malitiosa pla-
ne inficiacione. Et testantur id exempla tot ubique apud An-
tores obvia. Protagoras Abderites librum quendam apud La-
ert. ita est exorsus: De Diis quidem statuere nequeo, neque an
sint nec ne. Sunt enim plurima, que id scire prohibeant, & sum-
ma rei incertitudo & brevis hominis vita. Ob hoc principium
operis (addit Laert.) pulsus ab Atheniensibus, librique illius
in foro cremati sunt, sub Präconis voce, à singulis qui illos
habebant, investigati, Hujus etiam meminit Laëtant. lib. de In-
Dei cap. 9. Primus omnium, inquit, Protagoras exituit tempo-
ribus

ribus Socinis, qui sibi diceret non liquere, utrum esset aliqua divinitas, nec ne. Quia disputatio ejus adeo impia, & contumaciam & religionem, iudicata est, ut & ipsum Athenienses expulerint suis finibus, & libros ejus in concione, quibus haec continebantur, exsuerint. Idem sentisse Diagorami Melium cognomento abeov & Theodor. Cyrenaicum Cicero, Augustinus & Lactant. l. c. testantur. Dubium autem non est, ubi DEUS negatur, ibi ipsius quoque Providentiam simul negari, quod pulcherrime præter alios Lactant. l. l. div. instit. c. 2. ostendit. Non putari adeo necessarium, inquit, ab illa questione principium sumere, qua videatur prima esse naturam, sit ne providentia, qua rebus omnibus consulat, an fortuito vel facta sint, omnia, vel regantur. Cuius sententia autor est Democritus, confirmator Epicurus. Sed & antea Protagoras, qui Deos in dubium vocavit, & postea Diagoras, qui exclusit, & alii nonnulli, qui non putaverunt Deos esse: quid aliud effecerunt, nisi ut nulla esset Providentia putaretur? Et lib. de im DEI cap. 9. Si DEUS est, utique providens est, ut Deus, nec alicet potest ei divinitas attribui, nisi & præterita teneat, & præsentia sciat, & futura propisciatur. Cum igitur providentiam sustulit (Epicurus), etiam Deum negavit esse. Cum autem Deum esse professus est, & providentiam simul esse concedisset. Alterum enim sine altero nec esse proorsus, nec intelligi potest. Oritur vero dubius discursus mentis, cum sapientis bonis male, malis contra bene esse in his terris homines conquerantur. Quibus cogitationibus & se indictum scribit Claudianus l. 1. in Ruffin.

Sape mibi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras an nullus incesset
Reedor, & incerto fuerent mortalia casu.
Nam cum dispositi quæsi sem fœderæ mundi,
Prescriptosque maris fines, atque meatus,
Et lucis noctisque rices: tunc omnia rebar
Consilio firmata DEI, qui lege moveri
Sidem, qui fruges diverso tempore nasci,
Qui variam Phæben alieno jusserte igne
Compleri te.

Regi



Regi certè totum hoc universum & conservari providentia di-
vina, non tantum Scripturæ divinæ attestantur, *Psal. CIV*, *Jo-
bi XXXVIII*, *Act. XVII*, 23. *seqq. Ps. CXIX*, 19. Sed ex parte Dei
probat ipsius naturâ infinite sapiens & bona, ideoque sui vel
maxime communicativa. Ex parte creaturarum autem summa-
earum indigentia. Eo ipso enim, quo creatura est, eget præ-
sentia est efficaci Dei concursu, nisi creaturam independentem
& sic Deum facere velimus. *Quis non sentiat*, rursus *Laetian.*
lib. 3. Inflit. c. 19. ait: *kunc mundum tam mirabili ratione profe-
ctum aliqua providentia gubernari*, quandoquidem nihil est,
quod possit sine moderatore confistere. Sic domus ab habitatore
deserta illabitur, *Navis* sine gubernatore abit pessum. Et corpus
ab anima relictum defluit, nedum putemus tantam illum molem
aut construi sine artifice, aut stare tam diu sine rectore potuisse.
Graci autem patres triplicem providentia divinæ seu modum,
seu speciem constituerunt. 1. πρόνοιαν καὶ οἰνοοψίαν, quæ cir-
ca omnes res creatas versatur. 2. περίναν καὶ εὐδοκίαν, quæ
res dunt̄xat bonas moderatur. 3. πένιαν καὶ παραχώρησιν
quæ malas actiones, in quantum malæ sunt, respicit. De prio-
ribus duabus specibus non magna hodie controversia est. De
ultima non inter Ethnicos tantum, sed etiam inter Christianos
quæri cœpit, utrum DEUS malas hominum actiones sciat, &
autequam fiant prævideat. *Socinus in Praelect. Theol. Acad. Hei-
delb. dicat. cap. 8. 9. 10. 11. disputat*; quod nulla ratio nullusque
Scripturarum locus sit, ex quo aperte colligi possit, Deum
præsertim mala à voluntate humana dependentia scivisse ante-
quam fiant, cui consentit *Vorſius*. Ut intelliges, si conferas
cap. 23. Apol. Exeg. Vorſi. cum c. 8. 9. 10. 11. *Praelect. Socini*. I-
dem *Socinus* quinque proponit regulas, ex quibus omnia dis-
solvi posse censem, quæ contra impiam ejus opinionem profe-
runtur. 1. Si testimonium loquitur de bonis operibus certè præ-
visis, sine dubio Deus ea decrevit. 2. Sive de bonis, sive de malis
operibus loquatur, fieri potest, ut prædilectio sit ex planè verisimi-
libus tantum, ob idque non certa, neque ex prænotatione, de qua
querimus. 3. Quod monitio potius vel bonificiendi vel mali vi-
tandi

tandi esse potest. 4. Si certa malitiae operis prædictio erit , ipsum quidem opus à Deo decretum fuit , non autem cordis malitia. 5. Res indifferentes nemo non videt ideo prævideri posse , quia decreta fuerunt. Sed vaticiniis , quæ ex Scriptura adduximus , ista non satisfaciunt. Sic prædictitur non per verisimilitudinem auctorizationis causa ; sed certò prædictitur fuga Christi in Ægyptum , & fugæ illius causa infanticidium Herodis , quod non fuit bonum opus , nec etiam opus indifferentis , nec tandem opus malum sine malitia , tale enim nec esse , nec prædicti potuit.

Referenda etiam huc sunt Calvinianorum deliria , qui omnia simpliciter sive bona , sive mala sint , decreto DEI subiiciunt , (cum quibus ex Pontificiis Bannis facit i. Part. Thom. q. 19. art. 10. dub. 1. q. 22. art. 4.) ita , ut & lapsum Adæ , & posteriorum à DEO decretum , & æternæ morti quosdam ex decreto Dei absque remedio involutos esse statuant. Videatur *Calvinus* l. 3. c. 23. §. 7. quod tamen ipse horribile decretum appellat. Nos breviter dicimus : Scientiam DEI in se non esse activam & certitudinem suam , ex æterna ipsius infinitate & visione immutabili , non vero prædeterminatione voluntatis habere , decretum vero Dei ad res tantum bonas propriè pertinere : quod si autem aut res malas etiam extenderatur , id non nisi per accidens certoque cum respectu faciendum esse , respectu nimirum permissionis , & non quasi Deus ipsam rem malam decreverit , unde & decretum permissionis appellatur. Sic Crucifixionem filii Dei , ut peccaminosa actio est , non decrevit Deus , & tamen fecerunt Herodes & Pontius Pilatus , cum gentibus & populo Israel , quem manus & consilium ejus decreverunt fieri Act. 4. 28. h. e. Consilium DEI hoc illis facere permisit , & permettere decrevit , quod vidit ex propria malitia facturos , hoc fine salutari & longè glorioissimo , ut salus generi humano reparetur. Verius igitur esse judicamus , quod Calvini discipulus Petrus Molineus Ecclesiaz Parisiensis Pastor , in sua *Anatomie Arminianismi* c. 3. p. 6. scripsit : *Omnia Deus vel minima ab ateno prescivit : at ea demum præordinavit & decrevit , que habent rationem*

rationem aliquam boni, & quibus gloria DEI sit illiusrior vel mundus perfellior. Nos hinc ita subsumimus: ut peccatum, quatenus peccatum formaliter est, rationem boni non habet, gloriaturque Dei obscurat potius, quam illustrat. E. peccatum formaliter & quatenus tale à Deo preordinatum & decretum non est; Quid de reliquis autem objectionibus & assertionibus Adversariorum sit statuendum, declarabimus in confitu.

QVAERITUR V.

An Peccatum originale ex hoc loco probari possit?

An detur peccatum Originis non immerito queritur: Negant enim illud ipsum Pelagiani apud August. lib. 1. de Ha-
res. c. 88. & lib. 2. de Rono persever. c. 2. Quibus accensemus Philosophos & Scholasticos. Negant quoque illud Anabaptri-
sta, teste Sleidano lib. 10. Zwingl. in Confess. anno 30. edita Art.
4. Item Comment. in Rom. s. lib de Bapt. tract. 3. Item Declar.
de Peccat. Orig. ad Urban. Rhegium (quoniam sunt, qui ista à
Zwinglio bona fide retractata esse volunt) Ex Pontificiis præ-
ter Abaillardum etiam Jacob. Faber, Eras. Albert. Piglius, Ca-
ribinus, Hier. Osius, Salmero, Tapperus, Andradius, &c. Ex
Photinianis, Socinus Præfcl. Theol. c. 4. p. 10. Cum ad culpam,
inquit, constituendam propria voluntas ejus, qui in culpa futurus
sit, omnino requiratur; pena vero sine antecedente culpa esse non
possit, nullo modo videtur, dici posse in homine, dum nascitur, ul-
lam sine culpam sine penam locum habere posse. Confer lib.
quod Polon. regni &c. Osterod. Insti. Germ. c. 33. Catech. Racov.
c. 10. Smalz. contra Franz. disp. 2. p. 41.

Ut vero nihil nunc dicamus de clarissimis locis scriptu-
ræ Gen. VIII, 21. Job. XIV, 4. Psal. LI. aliisque, quibus eviden-
ter

ter probatur Peccatum Originis esse veri nominis peccatum,
& distingu formâ propriâ à peccato Actuali, ex nostri Psalmi
textu contra Adversarios ita argumentamur:

Quicunq; ita corrupti & abominabiles sunt facti, ut porro
omnes non faciant bonum, non sint intelligentes, justi, sed decli-
naverint à Preceptis DEI, in illis datur connata corruptio & pe-
ccatum originis.

Atqui omnes homines ne uno quidem excepto corrupti & ab-
ominabiles sunt facti, non faciunt bonum.

Ergo.

Ratio consecrationis petitur i. A privatione iustitia, non est iustus,
ne unus quidem, quæ est iustitia legis, uti concludit Apostolus
Rom. III. Nullum justificari ex Lege s. operibus, quia ea sunt
imperfecta propter adiuvia virium humanaarum, unde sit, ut
in multis labamur omnes, principium ergo mali in ipsa Natu-
ra hærens, simul insinuat. 2. A depravatione ipsius intelligentis,
non est intelligentis, inde oritur cœcitas & ignorantia circa res di-
vinas. 3. A corruptione voluntatis: non est requirens DEUM.
Duo conjungit, ait Gesner. super hunc locum, ut jam aliquoties
diximus, intelligentiam, que est in mente, & nihil aliud, quam
verum DEI agnitionem significat, que sit fide. Et deinde addit,
requirere DEUM, quod sit voluntate, operibus dilectionis erga pro-
ximum. 4. A declinatione à via veritatis. Origo enim reli-
quorum omnium peccatorum est Apostasia illa, cuius effectus
sunt impotentia ad bonum & defectus ipsius actus in bono.
5. Ab universalitate addita: Omnes declinaverunt, Omnes uig.
ad unum, ne uno quidem excepto. Ergo & infantes, pueri,
aliique, qui virtutibus moralibus imbuti, à vitiis externis sibi
cavent, Judæi & Græci *Rom. III, 9.* & tamen h. l. peccatoribus
annumerantur; Naturalis igitur aliqua & congenita pravitas est
concedenda.

Habent tamen multa Adversarii, quibus veritatem hanc
oppugnare conantur. 1. Socinus in annot. locor. Genebrardus
& Jansen. in *Psal. XIV.* Corvin. contra Molin. cap. 33. Ad solos
Atheos & ad habitum malitia restringunt, qui crebris actioni-
bus

nibus acquiritur. Verum Apostolus *Rom. III.* ad omnium hominum naturalem affectum extendit, quia Græci & Judæi omnes sub peccato esse dicuntur. Deinde omnes includuntur ne quidem infantibus exclusis. Denique si concederemus hoc Adversariis, de quibusdam phrasibus, originale tamen peccatum, quod tanquam causa est supponendum, non excludetur. Nam & hic regula Logicorum valeret: *Ab Inclusiva ad Exclusivam non paret consequentia.* 2. *Cajet.* & *Lorin.* in *Psal. XIV.* *Thom.* & *Jansen.* Hyperbolicam locutionem confingunt, ut non omnes, sed plurimi, inque iis maxima pars denotetur. Verum 1. à litera & propria significatione recedendum absque necessitate non est. 2. Nec hyperbole facile est cogitanda in Scripturis, quia plerumque ferè falsitatis est suspecta. 3. Universalitas toties repetita eam non admittit. Plura argumenta, quæ aut pro nobis, aut contra nos afferri possint, collegit *B. Meissn.* in *Antropol.* p. 149. quare nos hac opera in præsenti supersedemus.

Multa verò adhuc de natura peccati *Orig.* forent dicenda: Sæpius enim conquesti nostri sunt; *B. Luth.* in *Expos. Ps. CXVIII*, 17. *Tom. s. Jen. Germ.* & in *Glossa ad Edict. Imper. Tom. eod. fol. 294.* *Chemnit.* in *L. princ. de Peccat.* neminem ferè Theologorum Papisticorum naturam peccati recte exposuisse. Et certum est, quod *Witack.* ait, plerosque Scholasticos de hoc peccato perperam sensisse. Hinc ex solis Scripturis probari non posse assentunt *Strapl.* *Andrad.* *Orthod. Explic.* & *Bellar.* l. 4. de *Verb. DEI*, c. 4. cui respondet *Witack.* lib. 1. de pecc. *Orig.* cap. 4. Recte mones hoc verbum in Scripturis non haberi, neque in Patribus vetustissimis. Et lib. 2. c. 2. dicit, Patres ante August. minus accurate sensisse & scriptisse de peccato *Orig.* Necdum etiam certum apud illos, in quo constituenda sit propria & formalis ratio peccati *Orig.* *Albert.* *Pigbius* ita de Peccato *Orig.* philosophatur, quod nec carentia iustitia originalis nec concupiscentia habeat rationem peccati, sive in parvulis s. adultis, s. ante s. post Baptismum: Has enim affectiones non esse vitia. sed nature conditions in nobis. Peccatum igitur Originale non esse defectum, non vitium aliquod, non depravationem aliquam, non

corruptum, non qualitatem vitiosam barentem in nostra substanzia, ut que sit sine omni vitio & depravatione: Sed hoc tantum esse Peccatum Orig. quod actualis transgressio Ad reatu tantum & paena transmissa & propagata sit ad posteros, sine vitio aliquo & pravitate barente in ipsorum substantia, & reatum hunc esse, quod propter Ada peccatum extorres facili sumus Regni calorum, subjecti regno mortis, & eterna damnationi obnoxii, & omnibus humana natura miseriis involuti, quemadmodum commemerat prolixus Chemnit. part. i. Exam. Conc. Triden. Pigbii autem sententiam postea Ambrosius Catharinus, Compse Episcopus, approbavit & defendit. Sed nec Sacrosanctum illud & cœcumenum, & à Spiritu S., si Diis placet, gubernatum Concilium Trid. rectius hic sentit. Non tantum enim de peccato impias has & profanas opiniones non damnat, sed & cuivis quidvis de eo opinandi libertatem relinquit, ut testantur Eshiu & Andradius, genuinus Concilii interpres. Ipsi vero non definit, quid sit proprio peccatum Originis, an tantum defectus? an Reatus solum? an positivum quid? an Concupiscentia? & si verba ipsorum spectentur, nequaquam concupiscentiam s. fomitem pro peccato agnoscant. Ita enim ajunt Sess. 5. Manere in baptizatis concupiscentiam vel fomitem hoc sacra Synodus fatetur ac sentit: quæ quidem cum ad agonem relata sit, nocere non consentientibus & viriter per Jesu Christi gratiam repugnantibus non valet: quin immo, qui legitime certaverint, coronabuntur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellectissimum peccatum appellari, quod vere & proprio in reatus peccatum sit, sed quia ex peccato est & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. Quæ omnia ex nostro Psalmo, qui & de Peccato Originis agit, & summam depravationem nostræ Naturæ per illud factam ostendit, commode refutari possent. Verum quia prolixioris operæ sunt & integrum fere commentarium, non theses aliquot, requirunt, præterea etiam prolixus ab aliis tractata sunt, & nos ad finem properamus, quæstionem de subiecto categorias subjiciemus.

QVA-



QUAESTIO VI.

An Maria Thotomos, itemq; Jeremias
& Johannes Baptista peccato originali fue-
rint obnoxii?

Occasionem huic quæstioni dedit Chrysost. in Comment.
Ps. XIV. qui ex iis verbis; *Non est, qui faciat bonum, non est us-
que ad unum*, concludit etiam B. Virginem peccato obnoxiam
fuisse. Nos autem, qui summam ejus excellentiam virtutes-
que suspicimus, sanctissime in ipsâ statim fronte, & quantum
potest, protestamur, nihil nos detractum velle sanctitati Bea-
tissimæ virginis, sed eam omnibus modis assertum ire & con-
firmatum, quin imo fatemur & diserte propugnamus majo-
rem præ reliquis dignitatem accepisse à DEO, quippe quæ i-
psum DEUM genuit in Mundum. Atque in eo sane æquio-
res ipsi sumus, quam Pontificii haberi volunt, dum talia non-
nunquam, tamque horrenda de ea prædicant, quæ parum sunt
digna tanta maiestate, & quorum ipsos pudere merito debe-
ret, ut cum apud Vincent. Specul. Histor. l. 7. c. 84. Extratis u-
beribus in os Clerici lac immulget, vel cum quereret à milite, an
ei sufficeret, si se uxorem posset habere, qui cum responderet,
cuilibet Regi sufficeret species sua & beatus judicaretur tuo con-
sortio, subjecit illa, ego ero uxor tua, accede ad me, & da mibi
osculum, & coëgit eum. Item quod lib. 7. c. 87. Inter spon-
sum quendam & sponsam primâ nocte recipuit. Beatrice prete-
rea monialis, que secuta erat Clericum, à quo corrupta, formane
& locum per quindecim annos supplyvit in monasterio, quam-
impiam fabulam non modo Cesarius habet l. 7. c. 34. Sed etiam
liber de Miracul. B. Mariae, qui habetur Tom. 2. Discipuli edi-
tus Moguntiae Anno 1612.

Omnino autem nos recte atque ordine facturos putamus,
si in tanta disputantium multitudine in originem hujus quæ-
stio-

ctionis inquiramus. A revelationibus Anselmi initium accepisse Festum conceptionis , ait Baron. ad 8. d. Decemb. in Not ad Martyr. Rom. Idem deinde confirmarunt revelationes Brigitta, sed quas non tantum Svaretz. Tom. 4. in Thom. disp. 46. part. 1. n. 12. seq. part. 4. n. 6. Salmero, Ignatii socius, comment. in 1. Job. III, 24. rejiciunt , sed & Cajetanus de concept. cap. 5. Fantasias, figurae & muliercularum deliria vocat : Erasmus quoque ejusmodi sanctorum narrationes , historias aut miracula non esse magnificienda recte statuit. Hujus originis tamen meminerunt Bayon. 3. Disp. 2. q. 4. Art. 2. & in quodl. q. 13. Henr. de Gandavo quodl. l. l. 25. queſt. 13. Palud. Capreol. Argentina in 3. dif. 3. Petrus de Natal. l. 3. sui Catal. c. 52. & l. 6. c. 56. Gerson sermo de Concept. Boz. l. 4. de signis Eccles. c. 8. Maffeus c. 16. Chron. Claudio à Rota & Jacobus à Borag. Dominicani, in legenda Sanctorum in Fest. Concept. fol. 164. si Antonio à Trejo legato Regum Hispan. ad Paulum V. Pontif. fides est habenda.

Parisiensis quoque Academia Anno 1388. lege cavit, ne nullus ad Magisterii aut Doctoratus, aut alios quoscunque dignitatis literariæ gradus admitteretur, nisi prius publice vovat, se nullo unquam tempore doctorum, Mariam in peccato fuisse conceptam.

Hinc de D. Virgine venit posteriori etate in contentionem, ait Lud. Vives Comm. in l. 20. August. de Civ. D, cap. 26. quam auxerunt incenderuntque duo hominum ordines, qui se in certamen transversi propter antesignanos rebus etate in contentionem, qui se in certamen transversi propter antesignanos rebus vebementi conjecerunt im- petu, Dominicani ductore Thoma Aquinate, & Franciscani du- glore Joanne Scoti. Definivit Consilium Basiliense, nulla un- quam macula sanctissimam Virginem vel leviter attactam fuisse. Id Concilium cum parum legitime coiisse Dominicani causarentur, persisterentque in sententia, contra Minorita Sacrosanctum affir- marent, ac illos impietatis arecesserent, quod contra Ecclesiam DEI niterentur, res magnis animis exitura videbatur in rabiem, ni decreto suo Sixtus Pontifex Romanus mature subvenisset, quo alterutram in partem ea de re vetabat disputari. Itaque illa de-
mum

tinum eis videntur edita & concilia, que in rem suam faciunt,
reliqua non pluris estimanda, quam conventum mulierularum
in textrina vel thermis. Quæ sane verissima sunt; nam huic
mallo remedium allatorus *Sixtus IV.* Pontifex max. duas edidit
extravagantes, quarum utr aque incipit: *Gnve nimis.* In qui-
bus cavit, ne alterutra pars adversarios hæreseos arcessat.
Primam quidem peculiarem pro partibus Lombardie Anno Domini
1482, in quibus magis tum hujusmodi dissidia vigebant. Al-
teram universalem, quæ habetur in corpore Juris *Can. de reliq.*
& *vener. Sancti. in extravag. Comm. Anno 1483.* Has deinde suc-
cessor ejus *Innocent. VIII.* dicitur confirmasse. Post eum *Alex.*
VI. in Bulla, quæ incipit: *Illi⁹ qui se, anno 1502. it. Jul. II. Leo*
X. Adrian. VI. Anno 1522. & Clemens VIII. Denique & *Paulus*
III., sub quo in Concil. Trid. *Sess. 5. de peccato Orig.* Anno 1546.
Decretum illud factum est. Declarat hac *Sancta Synodus*, non esse sue
intentionis comprehendere in hoc decreto, (ubi de peccato origina-
li agitur,) Bearam & immaculatam virginem Mariam DEI ge-
netricem, sed observandas esse constitutiones felicis recordationis
Sixti Pape IV. sub pœnis in iis constitutionibus contentis, quas in-
novat. Idem factum postea à successoribus *Jul. III. Paulo IV. & Pio*
IV. qui ea, quæ in Conc. Trid. fuerunt decreta, rata omnia habu-
erunt. Crebro præterea interdictum fuit Dominicanis, ne in
templo, nec in Scholis, & in Conventibus, inter se & domi de-
hoc quæstione quicquam disputarent. Et cum nuper annis
1621. & 1622. Reges Hispaniarum *Philippus III. & IV.* Legatos
ad *PP. Paulum V. & Greg. XV.* mitterent, ut tandem Pontificia
autoritate declaretur, *B. Virginem sine peccato esse conceptam*, hoc
responsum acceperunt: *Æternam illam sapientiam tue myste-*
rī penetralia sibi nondum revelasse, adeoq. vereri se, quicquam
novi in ipsa re decernere. Quod responsum habetur in *Epistola*
Greg. PP. XV. ad Reg. Hisp. Philip. IV. d. 4. Januarii Anno 1622.
quæ extat in *Legatione Hisp. à Luca Waddingo edita f. 452.* Idem
etiam Imperii Romani Monarchæ expetierunt. *P. Guil. Lamerm.*
von Eugenden. *Ferdin. II. c. 7. p. 44.* Mit ihrer Päpstlichen
Heiligkeit hat Ferdinandus II. zum öffnern gehandelt / damit
möchte

Widchitie erklärat werdet / daß die allerseligste Jungfrau ohn alle Erbsünde empfangen worden. Hat sich auch sehr erfreuet / daß ein gleichmäßiges Beschehen vom König Ferdinando seinem Sohn als er eben am Tage Mariæ Empfängniß Anno 1625. zum Ungerischen König gekrönet worden.

Hæc est ipsa ejus à principio inde usque ad nostra tempora deducta origo & incrementum. Sed cum probationes ab iis perimus , suum illud Pie credi nobis obtrudunt. In Scripturis certè nec volam , nec vestigium hujus haberi , ipsi eorum Magistri & propugnatores nonnulli disertis verbis attestantur. Melch. Canus in Loc. Theol. l. 7. c. 1. p. 348. plurima Patrum testimonia adducit , qui B. Virginem in Peccato Originali conceptam uno ore asseverarunt. Tandem vero ad Erasmi argumentum ex Autoritate Patrum deductum respondet , banc questionem non esse de fide , ideoque in utramque partem de ea posse diffutari. Ita enim inquit: Non mibi , fateor ingenuè , (inconsiderate eum hoc effari ait Legat. p. 238.) alia via patuit ad illud Erasmi argumentum eludendum , quo Sanctorum autoritatem acutè tentavit ille quidem eludere , nisi hoc affereretur. Hanc assertionem autem non esse de fide , (sine peccato Mariam fuisse) probat , quia è Scripturis secundum literalem sensum nunquam habetur. Quinimo lex generalis in iis eruditur , qua universos filios Adam , carnali generatione editos , sine ulla exceptione , compeditur. Nec opposita assertio est de fide , quia à Lege universalis per singulare privilegium unam DEI Matrem excipere , Sacrarum literarum , fidei nullo pacto adversatur. Hanc ob causam nec Sixtus IV. , nec Concilium Lateran. sub Leone X. nec Synodus Trid. sub Paulo & Julio III. quicquam certi definiverunt. Quæ incertitudo dogmatis vanitatem sic satis arguit ; nec nos ter textus exceptionem illam & singulare privilegium admittit , vid. B. Gerhard. Confess. Cathol. lib. 2. part. 3. Artic. 21. c. 4. p. 422. seqq. Sed plura de hac quæstione commemorare rei evidentia prohibet.

Jero-

Jeremiam Prophetam quod attinet, afferunt eum non nulli sine originali peccato conceptum fuisse ex male intellectis verbis Jerem. c. 1. v. 5. Prior quam formarem te in utero, novi te, & priusquam exires de vulva sanctificari re. Et in hanc sententiam Christophorus à Castro Chrysostomum Hieronymumque producit. De Johanne affirmat Weigelius part. 3. postil. p. 69. Parentes ejus concupiscentiam & astum carnis non sensisse. Verum in Jeremiae loco vulgaris Scripturæ phrasis est, ubi sanctificari dicuntur, quæ ad certum munus à communione hominum usu segregantur. Ita Sacerdotes V. T. res DEO dicatas à reliqua turba segregare solebant, ne antequam offerrentur in altum eumque profanum usum traherentur. Sic Exod. XXII. Sabbathum à DEO sanctificatur. & cap. XIII, 12. Agnus erat sanctificandus, h. e. à turba reliquarum ovium separandus. Ita Num. XV, 19. Lev. VII, 10. Jerem. XII, 3. Joel. I, 4. Nihil itaque hic de sanctificatione à peccato origin. Hieronymus autem disertè statuit, denotari hic vocationem, ut non necessum sit sanctitatem internam statuere. Verba ejus sunt hæc : Quod sanctificatur in utero, juxta illud Apostoli ad Gal. I. debemus accipere : Postquam autem placuit ei, qui me segregavit de utero matris meæ & vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, ut Evangelizarem illum in Gentibus. Jobannes quoque Baptista sanctificatur in utero & Sanctum Spiritum accepit & moveatur in vulva & per os matris loquitur. Idem igitur hic denotari Hieronymus censet, quod de se Paulus ait ad Gal. I. v. 15. se ex utero Matris segregatum esse, nempe ad prædicandum Euangeliū, ut explicatur Actor. XIII, 2. Sermo autem qui ex Chrysost. de Jeremia citatur, suppositius est nec tanto Patri adscribendus. Ac si tandem Sanctificatio spiritualis extraordinarie Jeremiae contingisset in utero matris, quod de Jobanne Baptista negare nemo potest: non tamen sequeretur eum ante hanc sanctificationem in ipsa conceptione peccato Originis plane caruisse, vel post eam nullas reliquias ejusdem retinuisse, utrumque enim cum sanctificatione concepti Embryonis optime consistere potest. Figmentum vero Weigelianum Ps. LI. & aliis Scripturæ dicti

dictis contrarium; cum non hic de parentum, sed liberorum
conditione quæratur, eadem facilitate, qua assertur, rejicitur.

Q V A E S T I O VII,

*An Sanctorum liberi ab hoc effato
prophetico eximendi?*

Calvinus quique ejus sententiam amplectuntur, non dubitant affirmare, Nos negamus, freti omnibus iis Scripturæ dictis, quæ testantur, omnes homines in peccatis conceptos, Psal. LI, 7. Nullum esse mundum, Job. XIV, 4. Nullos esse justos, sed omnes peccasse. Psal. XIV, 2, 3. Rom. III, 12. 23. Paræns quidem & nonnulli alii hanc sententiam & accusationem, ut à se suisque amoveant, negant, cuiquam suorum in mentem venisse. Sed negauit illud I. contra verba manifesta, ita enim Calvinus Comment. in Gen. cap. III. *Quicquid donorum nobis in Adæ persona contulerat DEUS, potuisse jure optimo auferre, cum ille impie descivit. Neque opus est confugere ad vetus illud quorundam segmentum, quod animæ extra dice orientur. Neque enim Naturaliter ex Adæ progenie corruptionem traxerunt posteri, sed id potius ex DEI ordinatione pender.* Idem lib. 4. Institut. c. 15. febt. 22. Non ideo baptizantur fidelium parentum liberi, ut filii DEI rursus primum sint, qui antea alieni fuerint ab Ecclesia; sed solenni potius signo in Ecclesiam ideo recipiantur, quia propagationis beneficio jam ante ad Christi corpus pertinebant. Petrus Martyr Tom. I. L. CC. Col. 1555. *Habent itaque Infantes primum Electionem s Prædestinationem, habent promissionem, ac ex fidelibus nascuntur, & cum jam sint in fædere à DEO adoptati & justificati, jure meriti que tinguntur.* Beza vol. I. f. 256. oportet prius adoptatum esse à DEO, quam aliquis vide baptizari posse. Idem part. 2. Resp. ad Colloq. Momp. pag. 206. Nec piorum Infantibus primus ad salutem aditus est Baptismus, sed ipsa ex piis parentibus propagatio. Ubi sane non possunt confugere ad distinctionem



stitutionem de sanctitate interna & federali s. Ecclesiastica, cum disertis verbis, & in terminis, ut ajunt, contrarium affirmant. Deinde si foederali s. Ecclesiasticae sanctitatem intellexerent, liberi Sanctorum haberent tantum potentiam acquirendi jus ad Ecclesiam & vitam æternam. Diserte autem alibi profiterentur, eos non habere tantum potentiam; sed actu esse in numero filiorum DEI ante Baptismum. 2. Contra Hypotheses. Existimant enim, per Baptismum non conferri infantibus donum $\varphi\circ\theta\circ\tau\circ\alpha\circ\zeta$, adoptionis, regenerationis & salutis, sed tantum illis, qui ex absoluto decreto jam tunc in gratia suarum per Baptismum haec dona significari vel & obsignari, Beza part. 2. Col. Momp. pag. 102. Item hereditario jure secundum promissionis formulam jam à matris utero in fædere contineri. Calv. l. 4. In�it. c. 16. sect. 24. Nasci etiam membra Beza part. 2. Respons. ad Colloq. Mompelg. pag. 103. Non indigere illa specie renovationis. Idem ibid. æterna vita ejus ex pīs parentibus nascendo illa fuisse a quisitum. Idem pag. 129. Taniū abest, ut ex pīs nasci nihil faciat ad Regni cœlorum consecutionem. Idem pag. 130. Tandem patres credentes liberis suis jus Christianæ civitatis sua fide acquirere. Quorum neutrū sine interna sanctimonia confitente potest, quippe sine qua nemo DEILM videbit, Hebr XII, 14. Nos breviter respondemus: Concedimus illis sanctitatem foederalē, quatenus infantib⁹ Christianorum, à primo statim nativitatis momento patet aditus ad DEI foedus per Baptismum, non verò quod ante Baptismum actu in fœdere DEI sint comprehensi.

Calviniani autem, cum asserunt, quosdam infantes nasci sanctos, tum simul negant, omnes homines nasci cum peccato: Opponuntur enim hæc invicem; Nasci cum peccato & nasci cum sanctitate. Item absque Baptismo non posse ingredi in Regnum cœlorum, & omnes, qui ex Christianis parentibus nascuntur, esse sanctos coram DEO, & posse ordinarie ingredi in Regnum cœlorum, etiamsi nondum ex aqua sint renati: Imò Baptismum non esse primum ad salutem aditum infantibus piorum. His autem tam audacibus Calvinianorum asser-

tionibus opponimus 1. Generalia Scripturæ effata, Gen. V, 3.
Jobi XIV, 4. Psal. LI, 7. Job. III, 5. In primis autem verba in
nostro textu: Non esse sanctum, ne unum quidem. 2. Effectus
iste, sanctitas nempe, non nisi mediis ordinariis positis existit.
Etsi enim extra ordinem communem quandoque DEUS homi-
nes regenerat & sanctificat, ut Infantes in deserto mortuos, Jo-
hannem &c. Ille tamen extraordinarius modus à nobis absque
expresso DEI verbo non est consingendus, aut ad omnes infan-
tes Christianorum extendendus. 3. Exempla Ecclesiæ V. T. i-
dem evincunt. Ideò enim DEUS ordinarium medium in sal-
vandis infantibus, circumcisionem nempe, adhibuit, ut per il-
lud sanctificarentur & in foedus illud DEI reciperentur. 4. de-
nique quod quidam excipiunt, Infantes quidem sanctos non
esse; sed obnoxios peccato & ira, si considerentur secundum
communem naturæ ordinem; non autem, si secundum singula-
rem foederis, gratiæ, promissionis & electionis rationem, prin-
cipium petunt: Scriptura enim istos duplices modos (uti jam
demonstravimus) prorsus ignorat, sed contra omnes in univer-
sum & singulos peccato obnoxios esse testatur.

MEMBRUM TERTIUM

Aphorismos praticos continens.

Multa sunt, quæ ex hoc Psalmo, partim ad doctrinam,
& informationem, partim etiam cohortationem & consolatio-
nem poterant deduci, verum ne numerum Thesum disputatio
nostra excedat, pauca notabimus adhuc ad usum 1. *Informatori-*
um. 2. *Adhortatorium.* 3. *Consolatorium.*

Ufus

Uſus informatorius.

Proponitur nobis in primâ hujus Psalmi parte I. *Miserere*
illa & abominanda natura humana corruptio, quam non sibi tan-
tum Protoplasti, sed & posteris suis attraxerunt. *Abominabiles*
Deo facti sumus, versamur in desideriis carnis nostre, facimus vo-
luntatem carnis & cogitationum, Eph. II, 3. *Tenebris obscuratus*
est intellectus propter ignorantiam in mente, Ephes. IV, 8. *Nec*
sumus idonei cogitare ex nobis ipsis aliquid 2. Cor. III, 5. *Cor, vo-*
luntas, & omne ejus figmentum, est malum ab adolescentia Gen.
VI, 6. 22. cap. VIII, 22. *Sicut & recte Lutherus ait Præf. Comm.*
Psal. L. *Peccatum est hoc totum, quod natum est ex patre, non*
quidem substantialiter, sed per intimam & totalem corruptio-
nem. *Agnosce ergo miseriam tuam, miserrime mortalium,*
I. *Ex R̄velatione*, non hominis alicuius, non Prophetæ, non
Angeli, sed ipsius DEI, qui prospicit de cœlo, & actiones
hominum, omniaque adeò facta & cogitata intuetur, observat
& probe notat, quid sit, & futurum aliquando sit. Ita ante
diluvium Gen. VI, 5. vidit, quod malitia hominum esset multiplica-
ta in terra. & cap. XVI! I. Descendit de cœlo, ut videat peccata
hominum. Sic vidit, quoque afflictionem Populi sui in Ægypto,
Exod. III, 7. Omnia itaque novit, & nihil ipsum latet, Job. XI, 7.
cap. XLII, 2. Nulla cogitatio apud DÉUM est abscondita, Psal.
XCIV, II. Omnia nuda & aperta sunt oculis ejus, Hebr. IV, 13. Et
recte Ethnicus Poeta:

Πάντα ἴδων Διὸς ὁ Θεαλμὸς καὶ πάντα νοῆσας.

Non quidem more nostro ille, ait Sanctus August. lib. II. de Civ. D^o
c. 21. vel quod futurum est prospicit, vel quod praesens est aspicit,
vel quod prateritum est respicit, sed alio modo quodam a nostra-
rum cogitationum consuetudine longè lateq. diverso. 2. Ex De-
scriptionis gravitate, horrenda illa vox est, quæ stultos & ab-

ominabiles DEO omnes homines pronunciat. Inde enim factum, ut à conspectu DEI gratioſo plane projecti simus. Si mille (ait Chrysost.) aliquis ponat Gehennas, nihil tale dicturus est, quam à beato illius glorie honore propelli. Omnes inde vires prostratae, conceptio & nativitas inquinata, & antequam nascimur, contagio maculamur, antequam usuram lucis, originis ipsis excipimus injuriā, in iniuriate concipiuntur, Ambros. assertit in Apol. David. c. u. Anima & intellectus cœcitate & ignorantia laborat, tenebris est obscuratus, Ephes. IV, 18. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus, sicut in eis sunt ei, 1. Cor. II, 14. Voluntas quoque depravata, ita ut non sit, qui DEUM querat, aut ejus voluntatem faciat. Breviter ut dicam, à planta pedis usq; ad vertexem nulla sanitas invenire potest, Esa. I, 6. 3. Ex Descriptionis Universalitate. Omnes à via DEI declinaverunt, omnes inutiles facti sunt, nemo est, qui faciat bonum, ne unus quidem. Omnes nos participavimus de actu illo peccaminoso, nemo nostrum dicere potest, mundus sum, corde, purus sum à peccato, Prov. XX, 9. Omnes enim peccavimus. Omnes destituimur gloria Dei, Rom. III, 23. Inde est, quod sanctissimi quicunque illud ingeminant passionem, se esse in peccatis conceptos, sic David Psal. LI, 7. in iniuriate formatus sum, & in peccato fovit me mater mea, ab occultis munda me. Psal. LXIX, 13. Ps. XX, 6. Ps. CXXX, 1. &c. Paulus quoque Rom. VII, 14. quamvis esset renatus, fatetur tamen, se esse carnalē, venundatum sub peccato & vers. 17. Peccatum quod in se habitat operari malum. Malitia per conditionem communis nobis originis, ne ipsis quidem defuit Apostolis, ait Hilar. in cap. VII. Matih.

II. Proponitur quoque hic nobis testimonium providencia Divina. DEUS enim non otiosus in cœlo aliud sit, sed, quæ in toto hoc universo aguntur, novit pariter & moderatur. Collige istud 1. Ex DEI habitu, qui tanquam in sublimi quadam specula & cœlorum vertice constitutus desuper observat, quæ apud nos geruntur. 2. Ex accurata ejus observatione. Ubique enim oculus ejus est acutissimus, directus, & ad facta & cognoscenda.

cogitata hominum, ὁ ξύς θεῖς ὁ φθαλμὸς εἰς τὰ πάντα ὡρῶν,
dicebat Græcus Poeta. Ille absconditum nostrum ponit in illu-
minatione vultus sui, Psal. XC, 8. Totus oculus est, quia omnia
videt, ait August. super Psal. CXXVI. 3. Ex diligēti ejus in-
quisitione, ut videret num esset intelligens aut requitens DE-
UM, Ps. VII, 10. Hoc est, abditissima quæque in eis cogno-
scit; imo & cogitationes hominum, Psal. XCIV, 11. atque id
longè ante, Ps. CXXXIX, 2. easque exactius prospicit & co-
gnoscit præ omnibus hominibus. Epicuri quidem vox est; quid
nosceret DEUS fortis? an per caliginem judicaret? dense nubes
latibulum sunt ei, ut non auspiciat; & ambitum cœlorum obam-
bulat, Job. XXII, 13. 14. DEus propter summam beatitudinem
rerum humanarum cura nulla tenetur, sicut Velleius apud Cice-
ronem lib. 2. de Nat. Deor. Epicuri sententiam pluribus exponit.
Impius quoque in corde dicit, Non est DEus: non videbit Domi-
nus, nec attendet Dominus Jacob, Ps. XCIV, 7. Nos autem,
qui Christo nomen dedimus, de creatore nostro longè rectius
sentimus. Omnia per veritatem DEI sunt constituta, & sapien-
tia ejus gubernantur, ait Iren. l. 2. c. 53. p. 154. Et Damasc. l. 2.
de Orthodoxa Fide c. 99. μόνος ὁ Θεός ἐστι Φύσει ἀγαθός καὶ
σοφός. ὡς δὲ ἀγαθός προνοεῖ, ὅγει μὴ προνοῶν εἰς ἀγαθός.
ὡς τὲ σοφός ἀγίστα τῶν οὐτῶν ἐπιμελεῖ, optime eorum, quæ sunt,
curam gerit.

II.

Uſus Adhortatorius.

Multa magnaque sunt peccata, & talia ac tanta, ut DE-
um ipsum infensum nobis reddant; quare documentum hic ca-
piamus, ut ea i. agnoscamus. Cognitio enim morbi (ut vulgo di-
citur) est initium Medicinæ. Sæpè oculos nostros arctissimè
conclusos tenet Sathanas, ne magnitudinem peccati videre
possimus, imo adeò extenuat, ut filo tenuius, plumâ levius &

umbra inanius cunctis videatur, donec tandem illud exaggeret,
ut velut densa quadam nube objecta, ab intuitu Divinæ mil-
ticordiæ homines impediatur. Peccatum recens blanditur, patre-
sum dormit, evigilans occidit, pii veteres dicere solebant. Quem-
admodum venenum ob dulcedinem suam, avide primum
hauritur, mox omnia turbat viscera & mortem infert, nisi a-
lexipharmacò quodam homini succurratur: Sic peccatum earni
nostræ admodum dulce est, sed mortiferos aculeos in con-
scientia relinquit, excitat tumultus mentis & æternam infer-
mortem, nisi divino beneficiorum Christi alexipharmacò ho-
mici succurratur. Quemadmodum item serpens facie blandi-
tur, sed cauda venenum instillat: sic peccatum prima quidem
fronte blandum se præbet nobis, sed perpetratum vulnerat &
occidit animam. Igitur ea secundo detestemur. Fuge à pecca-
to, inquit Sirac. c. XXI, 2. tanquam à serpente: Nam si accesseris
ipsum, mordebit te. Dentes leonis sunt dentes ejus, tollentes ani-
mas hominum: Similis gladio anticipi est omnis iniquitas, plage
illius non est curatio. Peccatum cubat ad ostium Gen. IV, 7. hoc
est, in tali loco, in quo facile excitatur, sicut canis catenari-
us somnum aliquandiu ad ostium simulat, sed ex improviso
adoritur ingredientes. Sic Cain cum fratricidio maculatas ma-
nus haberet, audax & confidens erat, sed postea admonitus à
Deo, tanta peccati moles, ut ne quidem remitti posset, ipsi vi-
debatur. Sic Judas tam alto sopitus erat securitatis veterno, ut
nullis admonitionum puncturis à Christo exhibitis excitari po-
tuerit, donec conscientia facinoris perpetrati è somno demum
evigilaret, & angore animi crescente, destitutus omnis solatio,
laqueo vitam finiret. Dispiciamus igitur probè, ne malum.
hoc connatum multis contra conscientiam peccatis tandem incu-
rabile evadat, & mortem æternam certo certo certius accele-
ret. Carnem igitur crucifigamus cum suis affectibus & cupidita-
tibus ad Gal. V, 24. Ac mundemus nos ab omni inquinamento
carnis & spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei &c.,
3. DEI econtrario Curam & Providentiam celebremus, & vera a-
nimæ pietate veneremur. Quippe quæ magna est & super omnes

crea-

creaturas se extendit. *Magna*, quod non tantum hominum opera novit, sed & mala futura scit & ad bonum finem dirigit. Ille fecit Mundum, & omnia, que sunt in eo Act. XVII, 24. & adhuc conservat, dat omnibus vitam & inspirationem & omnia v. 25. Anskelm. sicut nihil factum est, inquit, nisi per essentiam Divinam, ita nihil viget, nisi per ejusdem potentiam servatricem. Ad universa quoque sese extendit. Omnia enim in ipso consistunt Col. I, 17. Portat omnia verbo virtutis sue Hebr. I, 3. Ambros. I. I. de Offic. cap. 13. recte: *Nihil omnino eorum quae facta sunt & que sunt, DEUM fugit, sed per illius providentiam unum quodcumque & habbitum & numerum & quantitatem accipit.* Bruta ipsa animalia, sive naturali instinctu, sive alia ratione sentiunt & agnoscunt providentiam divinam Psal. CIV, 27. *Omnia a Te expectant, ut des eis escam &c.* Ps. CXLII, 8. Homo haec si non attenderet, non ferendum foret.

III.

Uſus Consolatoriū.

Largos quoque ex hoc Psalmo Consolationum rivulos deducere potes, quicunque te peccato oneratum esse sentis.
1. *Contra peccatorum gravitatem.* DEUS non adeo pronus est ad iram, sed expectat tuam conversionem, non statim punit, postquam vidit te in peccatis hætentem. Noli igitur animum despondere, & de gratia & misericordia DEI desperare, sed utilissimam Gersonis regulam observa: *Ante peccatum cogita diuinam justitiam, ne pecces, post peccatum commissum cogita diuinam misericordiam, ne desperes.* Non tantum prospicit DEUS ut puniat, sed ut etiam misereatur. Si multa sunt peccata tua, copiosa ejus est miseratione: Si magna est miseria tua, major est ejus misericordia. Cum misisti tu, unde damnari possis, non tamen omisit Deus, unde te sanare possit. Noli ut de te affirmari verè possit, quod Augustin. in Ps. 50. scribit: *Muli volunt cadere cum Davide, nolant autem surgere cum Davide.* Non cadendi, sed resurgendi exemplum in illo nobis est propositum, audiam, qui non occiderunt ne cadant, audiant qui

qui ceciderunt, ut surgant. Non sit delectatio minorum lapsus mā-
jorum, sed sit tremor minorum lapsus majorum. 2. Contra crucis
varietatem. Gaude verò etiam, ô homo, qui sub calamitati-
bus variis & cruce ingemiscis, Nam Dominus de cœlo pro-
spicit, & novit tuam afflictionem. Omnia videt è throno
M. festatis, ex quo humilia respicit & de stercore erigit paupere-
rem, ut collocet eum iuxta Principibus populi sui Ps. CIII, 7. 8.
Absque ejus voluntate ne capillus quidem ex capite tuo de ide-
re potest. Luc. 21, 18. Noli sollicitus esse dicens: quid edemus &c.
Matth. 6, 31. Pater tuus, coelestis hæc omnia videt & novit.
Tandem quoque certissime spera omnia, mirabili ejus consi-
lio tibi in bonum tandem eventura. Concludimus cum B. Au-
gust. l. 3. Conf. c. ii. O tu bone omnipotens, qui sic curas unum
quemque nostrum tanquam solum cure. Sic omnes tanquam
singulos! Tibi sit gloria in secula.



05 A 437

VD18

ULB Halle
004 208 862

3





J. N. J.
DISPUTATIO THEOLOGICO-EXEGETICA,
De
**NATURALI
CORRUPTIONE
TOTIUS GENERIS
HUMANI,**

vel:
**Bon der verderbten Natur aller
Menschen.**

Ex PSALM. XIV.

Com. 1. 2. 3.

Quam



VITEMBERGÆ,
Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ. 1712.